



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

[Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis Presbyteri, Adversvs  
Marcionem Liber tertius, de Christo.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

xxiiii. Verum enim uero, quia cum Iudeis, negabat Christum venisse Marcion; ostendit extum (sive exitum) ipsorum, quem ob impietatem in Christum relaturi predicabantur, iam completum esse. Quod vanè fieret, si propter Christum Dei alterius id paterentur, quod amulis illius, nempe potestatis creatoris, in cruce actus esset; neque enim potuit creare vlcisci, nisi suum Christum.

xxv. Denique occasione eius, quod Marcion dicebat restitutam iri Iudeam à Deo suo, mittens Lectorem ad LIBRVM IIII. ADVERSUS MARCIONEM de sua Abraham, & ad OPVS DE SPE FIDELIVM de dicta restituzione Iudeam, hinc etiam prosequitur Millenariorum somnium, de quo latius inter Paradoxa Auctori.

Ceterum libri huius nominatim Auctor meminit suprà lib. 1. cap. 19. Dabitur & in CHRISTVM LIBER, de omni statu eius. Ex quo proinde loco, & verbis illis Auctoris huius libri initio: iam hinc ordo de Christo; addidimus titulo: DE CHRISTO; maximè quum etiam suprà lib. de Resurr. carnis, cap. 2. libri priores aduersus Marcionem vocentur ab Auctore DE DEO UNICO, ET CHRISTO EIVS. Hunc post editiones duas Rhenani, priorem ex Paterniacensi, & Hirsaugensi, postrem ex Gorzieni exemplaribus, iam denud castigauimus ex duobus Vaticanis MS. codicibus, & aliquot Domini Latinij coniecturis, locupletatum nouis Argumento ac Annotationibus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS  
PRESBYTERI, ADVERSUS MARCIONEM  
Liber tertius, de Christo.

**S**ECUNDVM vestigia pristini operis, quod amissum reformatum, & restitutum ueramus, iam hinc ordo de Christo, licet ex abundanti, post decimum defensionem vnicę diuinitatis. Satis etenim præjudicatum est, Christum non alterius Dei intelligendum, quam creatoris, quum determinatum est, alium Deum non credendum præter creatorem, quem ab eo Christus prædicauerit, & deinceps Apostoli non alterius Christum annuntianterint, quam eius Dei quem Christus prædicauit, id est creatoris, vt nulla mentio alius Dei, atque ita nec alterius Christi agitata sit, ante scandalū Marcionis. Facillime hoc probatur Apostolicarum & hereticarum ecclesiarum recenti, illuc scilicet pronuntianda regulæ interuersiōne, vbi posteritas inuenitur. Quod etiam primo libello intextum, nunc congressio ista seorsum in Christum examinatura eo utique proficiet, vt dum Christum probamus creatoris, sic quoque Deus Marcionis excludatur. Decet veritatem nos viribus vi suis, non vt laborantem. Ceterum in præscriptionum compendio vincere, sumus serit eum'venisse Christum, qui nunquam sit annuntiatus, quam cum quis tempore prædicatus. [¶] Hinc denique gradum confero, an debuerit tam subito venire. Nam quia & ipse Dei sui filius, hoc enim ordinis fuerat, vt antè pater filium prosteretur, quam patrem filius, & antè pater de filio testaretur, quam filius de patre. Dehinc & quā multo præter filij nomen. Proinde enim præcessisse debuerat mittentis patrocinium in celum missi, quia nemo veniens ex alterius auctoritate, ipse eam sibi ex sua affirmatione defendit, sed ab ipsa defensionem potius expectat, præcente suggestu eius, qui auctoritatem præstat. Ceterum nec filius agnosceretur, quem nunquam pater noncupatur, nec missus creditur, quem nunquam mandator designauit, noncupatus pater, designaturus mandator, si fuisse. Suspectum habebitur omne, quod exorbitans regula, rerumque principalis gradus non finit posterius agnoscere patrem post filium, & mandato.

A mandatorem post mandatum, & Deum post Christum. Nihil origine sua prius est in agnitione, quia nec in dispositione. Subito filius, & subito missus, & subito Christus. Atquin nihil putem à Deo subitum, quia nihil à Deo non dispositum. Si autem dispositum, cur & non prædicatum, ut probari posset & dispositum ex prædicatione, & diuinum ex dispositione. Et vtique tantum opus, quod scilicet humanæ salutis parabatur, vel etenim subitum non fuisset, quā per fidem profuturum. In quantum enim credi habebat ut prodebet, in tantum paraturam desiderabat, ut credi posset, substructam fundamentis dispositionis & prædicationis, quo ordine fides informata, merito & homini indicetur à Deo, & Deo exhiberetur ab homine, ex agnitione debens credere quia posset, quā scilicet credere di-  
dicisset ex prædicatione. [6] Non fuit, inquis, ordo eiusmodi necessarius, quia statim se

Ca. iii.

&amp; filium, &amp; missum, &amp; Dei Christum, rebus ipsis effet probaturus per documenta virtu-

“

tum. At ego negabo solam hanc illi speciem ad testimonium competitissimam, quam &amp; ipse post-

“

modum exauctioravit. Siquidem edicens multos venturos, &amp; signa facturos, &amp; virtutes

Math. 24

magnas adiutorios, auersionem etiam electorum, nec ideo tamen admittendos, temera-  
riam signorum & virtutum fidem ostendit, ut etiam apud pseudochristos facilissimam. Aut  
quale est, si inde se voluit probari, & intelligi, & recipi, ex virtutibus dico, vnde ceteros  
nolunt aequè & ipsos tam subito venturos, quā nullo auctore prædicatos? Sed quia prior  
eis venit, & prior virtutum documenta signauit, idcirco quasi locū in balneis, ita fidem  
occupauit, posteris quibusque præripuit. Vide ne & ipse in conditione posteriorum depre-

B hendatur posterior inuentus creatore, antē iam cognitus, & proinde virtutes antē opera-  
to, & non aliter præfato, non esse alii credendum, post eum scilicet. Igitur si priorem ve-  
niisse, & priorem de posteris pronuntiasse, hoc fidem cludet: prædaminatus erit & ipse  
iam ab eo quod posterior est agnitus, & solius erit auctoritas creatoris hoc in posteros con-  
stituendi, qui nullo posterior est potuit. Iam nunc quum probaturus sim creatorem, eas-  
dem virtutes, quas solas ad fidem Christo tuo vendicas, interdum per famulos suos re-

Exod. 7. et

trō adiisse, interdum per Christum suum adendas destinasse: potius &amp; ex hoc merito

seqq.

præscribere, tanto magis Christum nō ex solis virtutibus credendum fuisse, quanto illum  
non alterius quam creatoris interpretari potuissent, ut respondentem virtutibus creatoris,  
& adiutis per famulos suos, & in Christum suum re promissis. Quanquam etiā alia do-  
cumenta inuenientur in tuo Christo, noua scilicet, facilius crederemus etiam noua eius-  
dem esse cuius & vetera, quam cuius tantummodo noua, egentia experimentis fidei vi-  
tricis vetustatis, ut sic quoque prædicatus venire debuerit, tam prædicationibus propriis  
extruentibus ei fidem, quam & virtutibus, præsertim aduersus Christum creatoris ventu-  
rum, & signis & Prophetis propriis munitionem, ut æmulus Christi per omnes diuerstatum  
species reluceret. Sed quomodo à Deo nunquam prædicato Christus eius prædicaretur?  
Hoc est ergo quod exigit, nec Deum, nec Christum tuum credi, quia & Deus ignotus  
esse non debuit, & Christus agnosci per Deum debuit. [12] Dedignatus opinor est imi-

Cap. III.

C tari ordinem Dei nostri, ut displicentis, ut cum maximè reuincendi. Nouus nouè venire  
voluit, filius ante patris professionem, & missus ante mandatoris auctoritatem, ut & ipse  
fidem monstruosissimam induceret, qua antē crederetur Christum venisse, quam sciretur  
fuisse. Competit mihi etiam illud retractare, cur non post Christum venerit. Nam quum  
intuor dominum eius, tanto æuo patientissimum acerbissimi creatoris annuntiantis in-  
terea in homines Christum suum, quacunque id ratione fecit, tam reuelationem quam in-  
tercessionem suam differens, eadem ratione dico illum patientiam debuisse creatori, in  
Christo quoque suo dispositiones suas executuro, ut perfecta & expleta omni operatione  
æmuli Dei & æmuli Christi, tuc & ipse proprias dispositiones superducere. Ceterum po-  
nitentia tantæ patientiae fecit, quod non in finem rerum creatoris perseuerauerit. Vanè su-  
stinxit prædicari Christum eius, quē non sustinuit exhiberi. Aut sine causa intercidit tem-  
poris alieni decursum, aut sine causa tamdiu non intercidit. Quid illum detinuit, quidva-  
turbauit? Atquin in utrumque commisit, post creatorem quidem tam tardè reuelatus, ante  
Christum verò eius tam properè. Alterum verò iam dudum debuerat traduxisse, alterum  
nondum. Ne illum quidem tamdiu sœuentem sustinuisse: istum verò adhuc quiescentem  
inquietasse, circa ambos excidens ab optimi Dei titulo, certè varius & ipse & incertus, te-  
pidus scilicet in creatorem, & calidus in Christum, & vanus utrobique. Non magis enim  
compeccuit creatorem, quam obstatit Christo. Manet & creator, qualis omnino est; veniet  
& Christus, qualis & scribitur. Quid venit post creatorem, quem emendare non valuit?

IANO  
mibus

Quid ante Christum eis reuelatus est, quesi reuocare non potuerit? Aut si emendatur  
creatorem, post illum reuelatus, vt emendanda præcederent; ergo & Christum eius  
quæ emendaturus expectasse debuerat, proinde & illius posterior emendator futurus, si  
cūt creatoris. Aliud est, si & ipse post illum rursus adueniet, vt primo quidem adueniat  
processerit aduersus creatorem, legem & Prophetas destruens eius, secundo vero pro-  
dat aduersus Christum, regnum redarguens eius. Tunc ergo conclusurus ordinem suum,

**CAP. V.** tunc si forte credendus est, aut si iam hinc perfecta res est eius, vanè ergo venturum est,  
nihil scilicet peractus. [<sup>14</sup>] His præluserim quasi de gradu primo adhuc & quasi de-  
gingo. Sed & hinc iam ad certum & minus dimicaturus, video alias etiam nu-  
lineas præducendas, ad quas erit dimicandum, ad scripturas scilicet creatoris. Secun-  
dum eas enim probatur, Christum creatoris fuisse, vt postea Christo suo adimpleret  
necessæ habeo ipsarum quoque <sup>15</sup> scripturarum formam, & (vt ita dixerim) naturam  
demandare, ne tunc in controvèrsiam deducatur, quum adhibentur ad cauſas, & fini  
cauſarum defensione commixta, obtundant lectoris intentionem. Duas itaque causas  
Prophetici eloquij adlego agnoscendas abhinc aduersarii nostris; <sup>16</sup> Nam, qua fini  
interdum pro iam tractatis enuntiantur. Nam & diuinitati competit, quæcumque de-  
uerit, vt perfecta reputare, quia non sit apud illam differentia temporis, apud quam vis-  
formem statum temporum dirigit æternitas ipsa, & diuinationi prophetica magis fami-  
liare est, id quod prospiciat, dum prospicit, iam visum atque ita iam expunctum, id est  
omni modo futurum demonstrare, sicut per Esaiam, Dorsum meum posui in flagella  
xillas autem meas in palmas, faciem meā verò non auerti à sputaminibus. Siue enim Christus  
item tunc in semetipsum secundum nos, siue Prophetes de semetipso secundum  
dæos pronuntiabat, nondum tamen factum pro iam transacto sonabat<sup>17</sup>. Alia specie,  
qua pleraque figuratè portenduntur per ænigmata, & allegorias, & parabolæ, alter in-  
ligenda quæ scripta sunt. <sup>18</sup> Nam & montes legimus defiliaturos dulorem, non tan-  
**Ioel. 3.** vt sapam de petris, aut defrutum de rupibus spores: & terram audimus laetè & mel-  
**Exod. 3.** manantem, non tamen ut de glebis credas te vñquam <sup>19</sup> placetas & famias coquim-  
13. quia nec statim <sup>20</sup> aquilicem & agricolam se Deus reprobavit, dicens: <sup>21</sup> Ponam hunc  
Ibai. 43. in regione stimenti, & in solitudine cedrum & buxum. Sicut & prædicanæ Nationis  
Ibai. 41. uerione, <sup>22</sup> Benedicent me bestiæ agri, sirenes & filiæ paſſerum, non vnde ab humi-  
Ibai. 43. num pullis & vulpeculis, & illis monstruosis fabulosisque cantricibus fausta omine-  
rūs est. Et quid ego de isto genere amplius? quum etiam <sup>24</sup> hæreticorum Apostolorum legem  
legem indulgentem bubus terentibus os liberum, non de bubus, sed de nobis interpre-  
tur, & petram posui subministrando comitem Christum adleget fuisse, docens prouide-  
1. Cor. 9. Galatas, duo argumēta, filiorum Abrahæ allegoricæ cucurrit, & suggestæ Epheſi, qui  
1. Cor. 10. Gal. 4. in primordio de homine prædicatum est relicturo patrem & matrem, & futrus dubio-  
Ephes. 5. C A P. VI. vnam carnem, id ē in Christum & Ecclesiam agnoscere. [<sup>25</sup>] Si satis constat de ini-  
rim duabus proprietatibus <sup>26</sup> Iudaicæ litteraturæ, memento lector constitisse, vnu-  
tale quid adhibuerimus, non retractetur de forma scripture, sed de statu cause. Quoniam  
hæretica dementia eum Christum venisse præsumeret, qui nunquam fuerat pro-  
tus, sequebatur ut eum Christum nondum venisse contenderet, qui semper fuerat pro-  
catus: atque ita coacta est cum Iudaico errore sociari, & ab eo argumentatione filio-  
verūm & interfecit eum ut aduersarium, agnitus sine dubio, & omni officio religio-  
prosecuturi, si ipsorum fuisse. Scilicet naucleo illi non quidem <sup>27</sup> Rhodalex, sed Iude-  
ca caerat, errare Iudeos in Christum suum non licere, quando et si nihil tale prædicatio  
in illos inueniretur, vel sola vnde humana conditio deceptui obnoxia, perfusifile, Iudeos  
errare potuisse, quæ homines, nec statim in præiudicium sumendum de fententia  
rum, quos credibile fuerit errasse. <sup>28</sup> Porro quum & prædicatu sit non agnitus eos Christum, ideoque etiam perempturos, iam ergo ipse erit & ignoratus, & interemptus ab illis  
in quem ita admisuri prænotabantur. Hoc si probari exigis, non eas scripturas euolu-  
qua interemptibilem Christum edicentes vnde & ignorabilē affirmant: nisi enim igno-  
ratus nihil scilicet pati posset: <sup>29</sup> sed reseruatis eis ad causam passionum, eas prædicatio-  
in præsenti sufficiet adhibere, quæ interim ignorabilem probent Christum, & hoc bre-  
ter, dum ostendunt omnem vim intelleſtus ademptam populo à creatore.<sup>30</sup> Auferamus  
quit, sapientiam sapientium illorum, & prudentiam prudentium corum abscondamus.<sup>31</sup>

**Ibai. 2.****Ibai. 29.**

Aure audietis, & non audietis: & oculis videbitis, & non videbitis: In crassatum est enim <sup>Isai. 6.</sup> cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos conluterunt, <sup>32</sup> ne quando quibus audiant, & oculis videant, & corde coniiciant, & conuertantur, & sanem illos. Hanc enim obtusum salutarium sensuum meruerant, <sup>33</sup> labiis diligentes Deum, corde autem <sup>Isai. 29.</sup> longè absentes ab eo. Igitur si Christus quidem annuntiabatur à creatore solidante tonitrum, & concludente spiratum, & annuntiante in homines Christum suum <sup>34</sup> secundum Amos Prophetam: <sup>35</sup> si omnis spes Iudeorum, nedum dicam etiam gentium, in Christi revelationem destinabatur, sine dubio id demonstrabantur non agniti & non intellegenti, ablati agnitionis, & intelligentiae viribus sapientia atque prudentia, quod annuntiabatur, id est Christus, erraturis in eum principalibus sapientibus eorum, id est scribis: & prudentibus eorum, id est Pharisaeis, paniter & populo auribus audituro, & non audituro, vtique Christum docentem: & oculis visuro, & non visuro, vtique Christum signa facientem, <sup>Amos. 4.</sup> <sup>36</sup> secundum quod & alibi: Et quis cæcus, nisi pueri mei? Et quis surdus, nisi qui dominatur eorum? Sed & quum exprobaret per eundem Esaiam: Filios generavi & exaltavi, a illi me reiecerunt. Agnouit bos possessorum suum, & a finis precepit domini sui. Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit. <sup>37</sup> Nos quidem certi, Christum semper in Prophetis locutum, <sup>38</sup> spiritum scilicet creatoris, sicut Propheta testatur, <sup>39</sup> Spiritus personæ eius, Christus Dominus, qui ab initio vicarius patris in Dei nomine & auditus sit & vixit: scimus & ipsius voces eiusmodi fuisse iam tune Israëli expobrantis, quæ in illum commissuri predicabantur, <sup>40</sup> Dereliquistis Dominum, & in iram prouocasti sanctum Israël. Si vero non in Christum, sed in ipsum potius Deum volueris referre omnem Iudaicæ ignorantiae de pristino reputationem, nolens etiam retro sermonem & spiritum, id est Christum creatoris despectum ab eis & non agnitus, sic quoque reuinceris. Non negans enim filium & spiritum & substantiam creatoris esse Christum eius, concedas necesse est, eos qui patrem non agnouerint, nec filium agnoscere potuisse, per eiusdem substantia conditionem, cuius si plenitudo intellectu non est, multò magis portio, certè quâ plenitudinis consors. His ita dispectis, iam appareat quomodo & respuerint Iudei Christum, & interemerint, non ut extraneum Christum intelligentes, sed ut suum non agnoscentes. Qui enim extraneum intelligere potuissent, de quo nihil vñquam fuerat annuntiatum, quum intelligere non potuissent, de quo semper fuerat prædicatum. <sup>41</sup> Id enim intelligi vel non intelligi caput, quod habendo substantiam prædicationis, habebit & materiam vel agnitionis vel erroris. Quod vero materia careat, non admittit sapientiae euæatum. Et adeo non quâ alterius Dei, Christum auersati persecutique sum, sed quâ solimodò hominem, quem <sup>42</sup> planum in signis, & æmulum in doctrinis existimabant, ut & ipsum hominem quâ suum, id est Iudeum, sed Iudaismi exorbitatorem & destructorem, deduxerint in iudicium, & suo iure punierint, alienum scilicet non iudicaturi. Tantè abest ut alienum Christum intellexisse videantur, qui nec hominem eius ut alienum iudicauerunt.

[43] Discat nunc hæreticus ex abundanti cū ipso licebit Iudeo, <sup>44</sup> rationem quoque ethico- C. p. VII.  
rum eius, à quo ducatum mutuatus, in hac argumentatione, cæcus à cæco in eandem deducens foueam, <sup>45</sup> Duos dicimus Christi habitus à Prophetis demonstratos, totidem aduentus eius prænotasse, vnum in humilitate, vtique primum, quum tāquam ouis ad victimam <sup>Isai. 53.</sup>  
deduci habebat, & tanquā agnus ante tondētem sine voce ita non aperiens os suum, <sup>46</sup> nec aspectu quidem honestus. Annuntiauimus enim, inquit, de illo sicut puerulus, sicut radix <sup>Ibidem.</sup>  
in terra sitiens, & nō est species eius, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat specie, neque decor, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum. Homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem, <sup>47</sup> Ut positus à patre in lapidem offenditionis & petrā scandali, <sup>Isai. 8.</sup>  
minoratus ab eo modicum citra angelos, vermem se pronuntians, & non hominem, igno- <sup>1. Petri 2.</sup>  
miniā hominis, & nullificamen populi. Quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui cō- <sup>Psal. 8.</sup>  
petunt, sicut sublimitatis secundo, quum fieri iam non lapis offenditionis nec petra scandali, <sup>Psal. 21.</sup>  
sed lapis summus angularis post probationem assumptus, & sublimatus in consummationem templi, Ecclesiæ scilicet, & petra sanè illa apud Danielem de monte præcisa, quæ <sup>Dan. 2.</sup>  
imaginem secularium regnorum communinet & conteret. De quo secundo aduentu idem Prophetæ: Et ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis veniens venit usque ad ve- <sup>Dan. 7.</sup>  
terem dierum, <sup>48</sup> & aderat in conspectu eius: Et qui assistebant, adduxerunt illum, & data est ei potestas regia, & omnes Nationes terræ secundum genera, & omnis gloria famula-  
bunda, & potestas eius usque in ævum, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non

IANO  
nibus

vitiabitur. Tunc scilicet habiturus & speciem honorabilem, & decorum indeficem  
 super filios hominum.<sup>49</sup> Tempestiu[m] enim, inquit, decore citra filios hominum, effula est  
 gratia in labiis tuis,<sup>50</sup> propterea benedixit te Deus in ænum. Accingere ensem super fenum  
 tuum, potens tempestiuitate tua & pulchritudine tua; quum & pater posteaquam dimis-  
 eum modicum quid citra angelos, gloria & honore coronabit illum, & subiicit omni-  
 bus ad tribum, vtique quod retrò non agnouerunt eum in humilitate conditionis humi-  
 nae constitutum: Et homo est, inquit Hieremias, & quis cognoscet illum? quia &: Nati-  
 tatem eius, inquit Esaias, quis enarrabit? Sic & apud Zachariam in persona Iesu, immo &  
 Zachar. 3. in ipius nominis sacramento, verus summus sacerdos patris Christus Iesus, dupl[ic]i habet  
 in duos aduentus deliniatur, Primo sordidis induitus, id est carnis passibilis & mortali-  
 dignitate, quum & diabolus aduersabatur ei, auctor scilicet Iude traditoris, ne dici etiam  
 Ioan. 13. post baptismu[m] tentator. Dehinc despoliatus pristinas fordes,<sup>51</sup> & exornatus podere & re-  
 tra & cidiari munda, id est secundi aduentus gloria & honore.<sup>52</sup> Si enim & duorum his-  
 rum qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem, nonne & illi virtunque ordinem  
 Christi figurant? Pares quidem atque consimiles propter eundem Dominum conspectum,  
 quia non in alia venturus est forma, vt qui agnoscit habeat à quibus & l[et]us est. Vnde si-  
 dem eorum circumdatus coccino, maledictus & censiputatus, & conuulsus, & compa-  
 etus à populo extra ciuitatem abiiciebat in perditionem, manifestis notatus inimico  
 Dominicæ passionis. Alter vero pro delictis oblatus, & sacerdotibus templi impul-  
 datus, secundæ representationis argumenta signabat, qua delictis omnibus expiatis face-  
 dote, templi spiritalis, id est Ecclesiæ, Dominicæ gratiæ quasi visceratione quadruplicen-  
 rentur, ieiunantibus ceteris à salute. Igitur quoniam primus aduentus & plumbum his  
 obscuratus, & omni in honestate prostratus canebaratur, secundus vero & manifestus illi  
 condignus: idcirco quem facile & intelligere & credere potuerunt, evn solum intus,  
 id est secundum, qui est in honore & gloria, nō immerito decepti sunt circa obscurum  
 certè indignorem, id est primum. Atque ita in hodiernum negant venisse Christum.

C. VIII. quia non in sublimitate venerit, dum ignorat etiā in humilitate fuisse venturum. [In Di-]  
 finat nunc haeticus à Iudeo, Aspis (quod aiunt) à vipera mutuari venenum: euomatum  
 hinc proprij ingenij virus, phantasma vindicans Christum, nisi quod & ista fentemalib[us]  
 habebit auctores,<sup>53</sup> præcoquos & abortiuos quodammodo Marcionitas, quos Apelles  
 Ioannes Antichristos pronuntiauit, negantes Christum in carne venisse, & tamen non  
 alterius Dei ius constituerent, quia & de isto notat fuisse, sed quoniam<sup>54</sup> incredibili-  
 præsumperant Deum carnem. Quo magis Antichristus Marcion sibi c[on]cipit perfici-  
 tionem, aptior scilicet ad renuendam corporalem substantiam Christi, quip[us]m[od]i Dei  
 eius nec auctorem carnis induixerat, nec resuscitatorem, optimum videlicet, & in illis  
 diversissimum à mendaciis & fallacis creatoris. Et ideo Christus eius ne mentiretur &  
 falleret, & hoc modo creatoris forsitan deputaretur, non erat quod videbatur, & quo-  
 rat mentiebatur, caro nec caro, homo nec homo: proinde Deus Christus, nec Deus  
 enim non etiam Dei phantasma portauerit? An credam ei de interiori substantia, quia  
 de exteriori frustratus? Quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repensante  
 perto? Quomodo autem in semetipso veritatem spiritus fallacia carnis confundente  
 gatans ab Apostolo, lucis, id est veritatis, & fallacia, id est tenebrarum commisit com-  
 municationem: Iam n[on]c quum mendacium deprehenditur Christus, caro: sequitur & con-  
 nua quæ per carnem Christi gesta sunt, mendacio gesta sint, congressus, contactus, con-  
 tactus, ipsæ quoque virtutes.<sup>55</sup> Si enim tangendo aliquem liberavit à vita; vel tactus de ali-  
 quo, quod corporaliter actum est, non potest verè actum credi, sine corporis ipsius ver-  
 itate. Nihil solidum ab inani, nihil plenum à vacuo perfici licuit. Putatius habitus, puer-  
 ius actus: imaginarius operator, imaginaria opera. Sic nec passiones Christi eius fidei ne-  
 rebuntur. Nihil enim passus est, qui non verè est passus. Verè autem pati:phantasma au-  
 potuit. Euersum est igitur totum Dei opus. Totum Christiani nominis & pondus & fa-  
 cies, mors Christi negatur, quam<sup>56</sup> tam impressè Apostolus demandat, vtique vera-  
 sumum eam fundamentum Euangeli constituents, & salutis nostræ & prædicationis  
 suæ: Tradidi enim, inquit, vobis in primis, quod Christus mortuus sit pro peccatis nostris  
 & quod sepultus sit,<sup>57</sup> & quod resurrexit tertia die. Porro si caro eius negatur, quome-  
 do mors eius assecuratur, quæ propria carnis est passio per mortem<sup>58</sup> deuertentis in terra-

TERTULLIANUS  
Cum Annotatione  
PAMELI

A. V.  
16

A de qua est sumpta, secundum legem sui auctoris? Negata vero morte dum caro negatur, nec de resurrectione constabit. Eadem enim ratione non resurrexit, quia mortuus non est, non habendo substantiam scilicet carnis, cuius sicut & mors, ita & resurrectio est. Proinde resurrectione Christi infirma, etiam nostra subuersa est. Nec ea enim valebit, propter quam Christus venit, si Christus non resurrexit. Nam sicut illi qui dicebant resurrectionem mortuorum non esse, reuinuntur ab Apostolo ex resurrectione Christi: ita resurrectione Christi non consistente, aufertur & mortuorum resurrectio. Atque ita inanis est fides *ibidem*, nostra, inanis est & prædicatio Apostolorum. Inueniuntur autem etiam falsi testes Dei, quod testimonium dixerint quasi resusciterit Christum, quem non resuscitauit. Et sumus adhuc in delictis. Et qui in Christo dormierunt, perierunt: sane resurrecti, sed phantasmae forsitan, sicut & Christus. [60] In ista quæstione qui putaueris opponendos esse *C A. ix.* nobis angelos creatoris, quasi & illi in phantasmae putatiæ utique carnis egerint apud *Gen. 18.* Abraham & Lot, & tamen verè sint & congressi, & pasti, & operati quod mandatum eis *C 19.* fuerat. Primò non admitteris ad eius Dei exempla quem destruis; nam & quanto melior & perfectiore Deum inducis, tanto non competit illi eius exempla, quo nisi diversus in totum, non erit omnino melior atque perfectior. Dehinc scito, nec illud concedi tibi, vt putatiæ fuerit in angelis caro, <sup>61</sup> sed veræ & solidæ substantiae humanæ. Si enim difficile nō fuit illi, putatiæ carnis veros & sensus & actus exhibere, multò facilius habuit veris & sensibus & actibus veram dedisse substantiam carnis, vel quia proprius auctor & artifex eius. Tuus autem Deus eo quod carnem nullam omnino produxerit, meritò fortasse phantasma eius intulerit, cuius non valuerat veritatem. Meus autem Deus; qui illam *Gen. 2.* de limo sumptam, in hac reformauit qualitate, nondum ex semine coniugali, & tamen carnem, æquè potuit ex quacunque materia Angelis quoque astruxisse carnem, <sup>62</sup> qui etiam mundum ex nihilo in tot ac talia corpora, & quidem verbo aedificauit. Et utique si Deus tuus veram quandoque substantiam angelorum hominibus pollicetur: Erunt *Math. 22.* enim, inquit, sicut angeli: cur non & Deus meus veram substantiam hominum angelis accommodarit. Vnde sumptam? Quia nec tu mihi respondebis vnde illa apud te angelica sumatur, sufficit mihi hoc definire, quod Deo congruit, veritatem scilicet eius rei, quam tribus testibus sensibus obiecit, visu, tactu, auditui. Difficilius Deo mentiri, quam carnis veritatem <sup>63</sup> vnde vnde producere, licet non natæ. <sup>64</sup> Ceterum & aliis hereticis definitibus carnem illam in angelis ex carne nasci debuisse, si verè fuisset humana, certa ratione respondemus, quia & humana verè fuerit, & innata. Humana verè propter Deveritatem à mendacio & fallacia extranei: & quia non possent humanitatem trahit ab hominibus, nisi in substantia humana. Innata autem, quia solus Christus in carnem ex carne nasci habebat, vt nativitatem nostram nativitatem sua reformaret: atque ita etiam mortem nostram morte sua dissolueret, resurgendo in carne, in qua natus est, vt & mori posset. <sup>65</sup> Ideoque & ipse cum angelis tūc apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit, sed nondū natæ, quia *Gen. 18.* nondum morituræ, sed & discentis iā inter homines conuerſari. Quo magis angelii neque ad moriēdum pro nobis dispositi, <sup>66</sup> breuem carnis commeatum non debuerunt nascendo sumptisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerat, sed vnde vnde sumptam, & quomodo omnino dimissam, mentiti eam tamen non sunt. Si creator facit angelos spiritus, <sup>67</sup> & apparatores suos ignem flagrantem: tam verè spiritus quam & ignem, idem illos *Psal. 103.* verè fecit & carnem: vt nunc recordemur, & hereticis renuntiemus eis, se promissum, <sup>68</sup> homines in angelos reformandi quandoque, qui angelos in homines formarit aliquid. [69] Igitur nō admissus ad cōsortium exemplorum creatoris vt alienorum, & suas habentium causas, velim ædas & ipse consilium Dei tui, quo Christum suum non in veritate carnis exhibuit. Si aspernatus est illam vt terrenam, & (vt dicitis) stercoribus inferam, cur non & simulacrum eius proinde despexit? Nullius enim dēdignanda rei imago dignanda est, sequitur statum similitudo. Sed quomodo inter homines conuerſaretur, nisi per imaginem substantiæ humanæ? Cur ergo non potius per veritatem, vt verè conuerſaretur, si necesse habebat conuerſari? quanto dignius necessitas fidem, quam <sup>70</sup> stropham administrasset? Satis miserum Deum instituitis, hoc ipso quod Christum suum non potuit exhibere nisi in indigne rei effigie, & quidem aliena. Aliquantis enim indignis conueniet vt non stris, sicut alienis non congruet viri, licet dignis. Cur enim non in aliqua alia digniore *Exod. 3.* substantia venit, & in primis sua, ne & indigna & aliena videretur eguisse? si creator meus *ibidem. 19.* <sup>71</sup> per rubum quoque & ignem, idem postea per nubem & globum cū homine congressus *ac 24.*

YY ij

IAN<sup>o</sup>  
nibus

1ob. 8: est, & elementorum corporibus in representationibus sui vñsus est, satis hæc exempla dñe  
 næ potestatis ostendunt, Deum non eguisse aut falsa aut etiam vera carnis paratura. Ce-  
 terum si ad certum spectamus, nulla substantia digna est quam Deus induat. Quodom-  
 que induerit ipse, dignum facit, absque mendacio tamē. Et ideo quale est, vt dedecus  
 simarit veritatem potius quam mendacium carnis? Atquin honorauit illam fingendo.  
**Gen. 2.**  
**CAP. XI.** Quanta iam caro est, cuius phantasma necessarium fuit Deo superiori? [7] Tota illa  
 præstigia putatiæ in Christo copulentia, Marcion illa intentione suscepit, ne ex testi-  
 monio substantiae humanæ, natuitas quoque eius defenderetur, atque ita Christus crea-  
 toris vindicaretur, vt qui nascibilis, ac per hoc carneus annuntiaretur. Stultissime & sic  
 Ponticus, quasi non facilius crederetur caro in Deo non nata, quam falsa, prælustrans  
**Gen. 18.** vel maximè fidem ista angelis creatoris in carne vera conuerteris, nec tamen nata.<sup>71</sup> Nam  
 & Philumene illa magis persuasit Apelli, ceterisque desertoribus Marcionis, ex fide quæ  
 dem Christum circumulisse carnem, nullius tamen natuitatis, vtpotè de elementis  
 mundatum. Quod si verebatur Marcion, ne fides carnis, natuitatis quoque fidem inde-  
 ceret, sine dubio qui homo videbatur, natus vtique credebatur, nam & mulier quæ  
**Luc. II.** exclamauerat, Beatus yenter qui te portauit,<sup>74</sup> & vbera quæ haufisti, &: Quomodo  
**Luc. 8.** ter & fratres eius dicti sunt foris stare?<sup>75</sup> Et videbimus de his capitulois suo tempore.  
 tè quum & ipse se filium hominis prædicaret, natura scilicet profitebatur. Nunc vero  
 omnia ad Euangelij diffuserim examinationem, tamen quod suprà statui, si omnino  
 natus credi habebat qui homo videbatur, vanæ natuitatis fidem consilio imaginante  
 carnis<sup>76</sup> expungendam putauit. Quid enim profuit non verè fuisse quod pro vero haberet  
 tam carnem quam natuitatem? Aut si dixeris, viderit opinio humana: iam Deum non  
 honoras, fallaciæ titulo, si aliud se sciebat esse, quam quod homines fecerat opinio in  
 tunc potuisti etiam natuitatem puratiam illi accommodasse, ne in hanc quoque  
 gressus questionem.<sup>77</sup> Nam & mulierculæ nonnunquam prægnantes sibi videbant, ar-  
 guinis tributo, aut aliqua valetudine inflatae. Et vtique debueratphantasmatis carnem  
 cucurrisse, ne originem carnis non desfasasset, qui personam substantiae ipsius egisse. Ne  
 nè natuitatis mendacium recusasti: ipsam enim carnem veram addidisti. Turpissimum  
 licet Dei, etiam vera natuitas.<sup>78</sup> Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda operis  
 inuehere in totum quod es, carnis atque animæ originem destrue: cloacam vomi-  
 rum, tanti animalis, id est hominis producendi officinam: persequere & partus immunda  
 & pudenda tormenta, & ipsius exinde puerperij spurcos, anxios,<sup>79</sup> ludicos exitus, iam  
 quum omnia ista destruxeris, vt Deo indigna confimes, non erit indignior mortuatis  
 & cruce infantia, & natura pœna, & carne damnatio. Si verè ista passus est Christus,  
 minus fuisset nasci. Si mendacio passus est, vt phantasma, potuit & mendacio nasci. Sæ-  
 ma ista Marcionis argumenta, per quæ alium efficit Christum, satis opinor, offendimusq;  
 consistere omnino, dum docemus magis vtique competere Deo veritatem quam mo-  
 dacium eius habitus, in quo Christum suum exhibuit. Si veritas fuit, caro fuit ei caro, q;  
 natus est. Ea enim quæ expugnat hæc hæresis, confirmantur, quum ea per quæ expug-  
 nantur. Itaque si carneus habebitur, quia natus, & natus, quia carneus, quia phan-  
 tasma non fuerit, ipse erit agnoscendus, qui in carne & ex natuitate venturus annun-  
 tur à creatoris Prophetis, vtpotè Christus creatoris. [80] Prouoca nunc, vt soles, ad  
**Isa. 7.** „Esaïæ comparationem Christi, contendens illam in nullo conuenire. Primo enim proponit  
**Isa. 8.** „Christus Esaïæ Emmanuel vocari habebit, dehinc virtutem sumere Damasci, & spoli Se-  
 „maria aduersum regem Assyriorum. Porro iste qui venit, neque sub eiusmodi nominis  
 „reditus, neque villa re bellica functus est. At ego te admonebo, vt cohærentia quoque  
**Isa. 7.** usque capituli recognoscas. <sup>81</sup> Subiuncta enim est & interpretatio Emmanuelis. Note  
 cum Deus, vt non solum sonum nominis spectes, sed & sensum. Sonus enim Hebrei  
 quod est Emmanuel, sua gentis est. <sup>82</sup> Sensus autem eius quod est: Deus nobiscum, ex  
 interpretatione communis est. Quare ergo an ista vox, Nobiscum Deus, quod est Em-  
 manuel, exinde quod Christus illuxit, agitetur in Christo. Et puto non negabis, vt pœna  
 ipse dicas, Deus nobiscum dicitur, id est Emmanuel. Aut si tam vanus es, vt quia pœna  
 Nobiscum Deus dicitur, non Emmanuel, idcirco nolis venire illum cuius proprium  
 vocari Emmanuel, quasi non hoc sit & Deus nobiscum, inuenies apud Hebreos Christi  
 nos, imò & Marcionitas Emmanuelēm nominare, quum volunt dicere Nobiscum  
 Deus: sicut & omnis gens, quoquo sono dixerit, Nobiscum Deus, Emmanuelēm pro-  
 nunctabat.

TERTULLIANI  
 Cum Annotatione  
 PAMELI  
 A. V.  
 16

A nuntiabit, in sensu sonum expungens. Quod si Emmanuel nobiscum Deus est, Deus autem nobiscum Christus est, qui etiam in nobis est: (quotquot enim in Christo tinti Gal 3. cftis, Christum induistis) tam proprius est Christus in significatione nominis, quod est nobiscum Deus, quam in sono nominis, quod est Emmanuel. Atque ita constat venisse iam illum qui prædicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel venit, id est nobiscum Deus. [8] Æquè & sono nominum duceris, quem virtutem Damasci, & spolia Samariae, & regem Assyriorum, sic accipis, quasi bellatorem portendant Christum creatoris, non animaduertens quid scriptura præmittat. <sup>CAP. XIII.</sup> <sup>84</sup> Quoniam priusquam cognoscat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariae aduersus regem Assyriorum. Ante est enim in principiis ætatis demonstrationem, <sup>85</sup> an hominem iam Christum exhibere possit, nedium imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocatus infans, & signa belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo vel de curru vel de muro, sed de nutricis aut gerula sue coko sive dorso hostem destinaturus: atque ita Damascum & Samariam pro mamillis subacturus. Aliud est si penes Ponticos, <sup>86</sup> Barbaria gentis infantes in prælium erumpunt, credo <sup>87</sup> ad solem vnti prius, dehinc pannis armati, & butyro stipendiati, <sup>88</sup> qui ante norint lanceare quam lacinare. Enim uero si nusquam hoc natura concedit, ante militare quam viuere, ante virtutem Damasci sumere quam patris & matris vocabulum nosse, sequitur ut figurata pronuntiatio videatur. <sup>89</sup> Sed & virginem, inquit, parere natura non patitur; & tam creditur Prophetia.

B Et merito. Præstruxit enim fidem incredibili rei, rationem ædendo quod in signo esset futura. Propterea, inquit, dabit vobis Dominus signum, Ecce virgo concipiet in utero, <sup>I. 7.</sup> & pariet filium. Signum autem à Deo nisi nouitas aliqua monstruosa tam dignum non fuisset. Denique & Iudei siquando ad nos deiiciendos mentiri audent, <sup>90</sup> quasi non virginem, sed iuuençulam concepturam & patituram scriptura contineat, hinc reuincuntur, quod nihil signi videri possit res quotidiana, iuuençula scilicet prægnatus & partus. In signum ergo disposita virgo & mater, merito creditur: infans vero bellator non æquè. Non enim & hic signi ratio versatur. Sed signo nativitatis nouæ ascripto, exinde post signum aliud ordo iam infants edicitur, mel & butyrum manducaturi. Nec hoc vtique in signum est, malitia non assentatur, & hoc enim infantia est, sed accepturi virtutem Damasci & spolia Samariae aduersus regem Assyriorum. Serua modum ætatis, & quære sensum prædicationis: <sup>91</sup> immò redde Euangelio veritatis, quæ posterior detraxisti, & tam intelligitur Prophætia, quam renuntiatur expuncta. Mancant enim Orientales illi Magi, in infancia Christum recentem auro & thure munerantes, & accepérunt infants virtutem Damasci sine prelio & armis. Nam præter quod omnibus notum est, <sup>92</sup> Orientis virtutem, id est vim & vires auro & odoribus pollere solitam, certè est creatoris virtutem ceterarum quoque gentium aurum constituere, sicut per Zachariam dicit: Et Iudas pertinet apud Hierusalem, & congregabit omnem valentiam populo rum per circuitum auro & argentum. De illo autem tunc auri munere etiam Dauid: Et dabitur illi ex auro

C Arabia. Et rursus Reges Arabum & Saba munera afferent illi. <sup>93</sup> Nam & Magos Reges habuit ferè Oriens, <sup>94</sup> & Damascus Arabia retrò deputabatur antequam transcripta esset in Sytophoenicas, ex distinctione Syriarū, cuius tunc virtutem Christus accepit, accipiendo insignia eius, aurū scilicet & odores. Spolia autem Samariae, ipsos Magos: qui quum illum cognouissent, & muneribus honorasset, & genu posito adorasset quasi Deū & regē sub testimonio indicis & ducis stellæ, spolia sunt facti Samariae, id est idolatriæ, credentes videlicet in Christum. Idolatriam enim Samaria nomine notauit, vt ignominiosa ob idolatriam, qua descierat tunc à Deo sub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouum est <sup>3. Reg. II.</sup> creatori figuræ vt translatione nominū, ex comparatione criminum, <sup>95</sup> Nam & ἔρχονται <sup>96</sup> Et 16. Sodomorum, appellat ἔρχονται Iudeorum, & populum ipsum, populum Gomorræ vocat. <sup>I. 1.</sup> Et idem alibi: <sup>96</sup> Pater, inquit, tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæ: ob confusilem impatatem. Quos aliquando etiam suos filios dixerat, Filios generaui & exaltaui. <sup>97</sup> Sic <sup>98</sup> I. 1. & Egyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illum, superstitionis & maledictionis elogio. <sup>98</sup> Sic & Babylon etiam apud Ioannem nostrum Romanæ urbis figura est, proinde magna & regno superba & fæctorum Dei debellatrix. <sup>99</sup> Hoc itaque vsu <sup>100</sup> I. 8. Magos quoque Samaritarum appellatione titulavit, despoliatos quod habuerant cum Samaritis, vt diximus, idolatriam. Aduersus regem autem Assyriorum, aduersus Herodem intellige, cui vtique aduersati sunt Magi, tunc non renuntiando de Christo,

IANG  
nibus

C A. XIII. quem intercipere quærebat. [ 100 Adiuuabitur hæc nostra interpretatio, dum & alibi lib. 3 latorem existimans Christum, ob armorum quorundam vocabula & eiusmodi verba, ex reliquorum quoque sensuum comparatione conuinceris: 101 Accingere, inquit David, et sem super femur. Sed quid suprà legis de Christo? Tempestiuus decore prater filios Iusti-  
num, effusa est gratia in labiis tuis. Rideo si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempe-  
tuate decoris, & labiorum gratia blandiebatur. Sic item subiungens: Et extende, & prosp-  
erare, & regna; adiecit: Propter veritatem & lenitatem & iustitiam. Qui enim ene operab-  
tur, & non contraria potius lenitati & iustitiae volum & asperitatem & iniustitiam propria scilicet negotia præliorum? Videamus ergo an aliis sit ensis ille, cuius aliis est actus.  
*Apoc. 1. et 19.* Nam & Apostolus Ioannes in Apocalypsiensem describit ex ore Dei prodeuntem acutum, præacutum, quem intelligi oportet sermonem diuinum, bis acutum duobus Testi-  
mentis, Legis & Euangelij, acutum sapientia, infestum diabolo, 103 armantem nos aduersus hostes spiritales nequitia & concupiscentia omnis, amputantem etiam à chanc-  
mis ob Dei nomen. Quod si Ioannem agnatum non vis, habes communem magistrum Pa-  
lum, præcingentem lumbos nostros veritate & lorica iustitiae, & calciantem nos prepara-  
tionem Euangelij pacis, non belli: assumere iubente scutum fidei, in quo possumus invi-  
nia diaboli ignita tela extingue, & galeam salutaris, & gladium spiritus, quod est in  
Dei sermo. 104 Hanc & Dominus ipse macharam venit mitigare in terram, non pacem, sed  
tuus Christus est, ergo & ipse bellator est: si bellator non est, macharam intentans alle-  
griam, licuit ergo & Christo creatoris in Psalmo sine bellis rebus ensim sermons  
præcincti figurato, cui supradicta tempestiuus congruat, & gratia labiorum, quem tu  
Matth. 10. iam cingebatur super femur apud Daud, quandoque missurus in terram. Hoc est in  
Psal. 44. quod ait. Et extende, & prosperare, & regna. Extendens sermonem in omnem terram, &  
vniuersarum gentium vocationem, prosperratus successu fidei, quæ est receptus, & regis  
exinde quæ mortem resurrectione deuicit. Et deducet te, inquit, mirifice dextera tua  
tus scilicet gratia spiritalis, qua Christi agnitus deducitur. Sagittæ tuae acutæ, per voluntatem  
vbique præcepta, minates traductionem cordis, cōpungentes & transfigentes confi-  
tiam quaque. Populi sub te concident, vtique adorantes. Sic bellipotens & armiger Christus  
creatoris: sic & nunc accipiens spolia non solius Samariæ, verum & omnium gentium.  
Agnosce & spolia figurata, cuius & arma allegorica didicisti. Figurate itaque & Domini  
eiusmodi loquente, & Apostolo scribente, non temere interpretationibus eiusmodi,  
quarum exempla etiam aduersarij admittunt: atque ita in tantum Esaiæ erit Christus quæ  
C A P. XV. venit, in quantum non fuit bellator, quia non talis ab Esaiæ prædicatur. [ 105 De quaquo-  
ne carnis, & per carnem nativitatis, & vnius interim nominis Emmanuelis hucusque. Deo-  
teris vero nominibus, & in primis Christi, quid pars diuersa respondebit? Siquidem con-  
mune est apud vos Christi nomen, quemadmodum & Dei, vt sicut utriusque Dei filii  
Christum competat dici, sic utrumque patrem Dominum, certè ratio huic argumento  
ni refragabitur. Dei enim nomen quasi naturale diuinitatis, potest in omnes communi-  
cari, quibus diuinitas vindicatur, sicut & idolis, dicente Apostolo, Nam & sunt quæ  
cuntur Dij, sive in cœlo, sive in terris. Christi vero nomen non ex natura veniens, sed ex  
dispositione, proprium eius efficitur, à quo dispositum inuenitur. Nec in communicacione  
nem ali, Deo subiacet, maximè & mulo, & habenti suam dispositionem, cui & nominis  
uata debebit. Quale est enim quod diuersas dispositiones duorum commentarii Deum  
societatem nominum admittunt, in discordiam dispositionum: quando nulla magis pro-  
positio affisteret duorum & & mulorum Deorum, quam si in dispositione eorum etiam di-  
uersitas nominum inueniretur. 106 Nullus enim status differentiarum, non nisi propositi  
tibus appellationum consignatur. Quibus deficientibus si quando, nunc 107 Græca cate-  
chesis de alieno abutendo succurrit: apud Deum autem desicere puto nihil debet, nec  
de alieno instrui dispositiones eius. Quis hic Deus est, qui filio quoque suo nominis  
creatore vendicat: non dico aliena, 108 sed vetera & vulgata, qua vel sic non competeat Deo  
Thren. 4. nouo & incognito. Quo modo denique docet 109 nouam plagulari, non alii veteri yel  
Psal. 2. mento, nec vinum nouum veteribus vtribus credi, assutus ipse & induitus nominum de-  
I. 45. Quomodo abscondit Euāgelium à lege, tota lege vestitus? in nomine scilicet Christi. Quo  
Dan. 9. illum prohibuit aliud vocari; aliud prædicantem, aliunde venientem, cum propterea ne  
Matth. 9. corporis suscepit veritatem, ne Christus creatoris crederetur? Vanè autem noluit esse  
se videri, quem voluit vocari: quando etsi verè corporeus fuisset, magis Christus creator

A non videretur, si non vocaretur. At nunc substantiam respuit, cuius nomen etiam accepit, etiam substantiam probatur ex nomine.<sup>110</sup> Si enim Christus vincitus est, vngui utique corporis passio est: qui corpus non habuit, vngui omnino non potuit. Qui vngui omnino non potuit, Christus vocari nullo modo potuit. Aliud est, si & nominis phantasma affectauit. Sed quomodo, inquit, irreperet in Iudeorum fidem, nisi per solenne apud eos & familiare nomen: Inconstantem aut subdolum Deum narras, aut diffidentia, aut malitiositatis consilium est, fallendo quid promouere. Multo liberius atque simplicius egerunt Pseudoprophetarum aduersus creatorem in sui Dei nomine venientes. Sed nec effectum consilij huius inuenio, quem facilius aut suum crediderint Christum, aut planum potius aliquem, quam alterius Dei Christum, sicut Euangelium probabit. [111] Nunc si nomen Christi, ut ipotulam furunculus, captauit,<sup>112</sup> cur etiam Iesus voluit appellari, non tam expectabili apud Iudeos nomine? Nec enim si nos per Dei gratiam intellectum consequuti sacramento*rū* eius, hoc quoque nomine agnoscimus Christo destinatum, id est & Iudeis quibus adēpta est sapientia, nota erit res. Denique ad hodiernum, Christum sperat non Iesum,<sup>113</sup> & He- liam potius interpretantur Christum quam Iesum. Qui ergo & in eo nomine venit in quo Christus non praetumebat, potuit in eo solo nomine venisse quod solum presumebatur. Ceterum quum duo miscuit, speratum & insperatum, expugnat utrumque consilium eius. Siue enim id est Christus, ut interā quasi creatoris irreperet, obrepit Iesus, quia non sperabatur Iesus in Christo creatoris: siue ut alterius haberetur, non sinit Christus, quia non alterius sperabatur Christus quam creatoris. Quid horum constare possit ignoro. Consta-bit autem utrumque in Christo creatoris, in quo inuenitur etiam Iesus. Quomodo inquis? discē & hic<sup>114</sup> cum partarii erroris tui Iudeis. Quum successor Moysi destinaretur Au-ses filius Nae, transfertur certe de pristino nomine, & incipit vocari Iesus? Certe, inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuisse.<sup>115</sup> Nam quia Iesus Christus secundum popu-lum, quod sumus nos nati in seculi desertis, introducturus erat in terram promissionis melle & lacte manentem, id est vitæ aeternæ possessionem, qua nihil dulcius: idque non per Moysen, id est non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est per Euangeliū gratiam, prouenire habebat, circūcis nobis petrina acie, id est Christi præceptis (petra enim Christus) id est is vir, qui in huius sacramenti imagine parabatur, etiam nominis Dominici inaugurator est figura, Iesus cognominatus. Hoc nomen ipse Christus suum iam tunc esse testatus est, quum ad Moysen loquebatur:<sup>116</sup> Quis enim loquebatur nisi spiritus crea-toris, qui est Christus? Quum ergo mandato diceret populo,<sup>117</sup> Ecce ego mitto ange-lum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in via, & introducat in terram quam pa-ravi tibi, intende illi & exaudi cum, ne inobaudieris eum: non enim celerit te, quoniam nomen meum super illum est. Angelum quidem cum dixit ob magnitudinem virtutum quas erat æditurus, & ob officium Prophetarum nuntiantis scilicet diuinā voluntatem: Iesum autem ob nominis sui futuri sacramentum. Identidem nomen suum confirmauit, quod ipse ciindiderat, quia non angelum nec Auseū, sed Iesum eum iusserat exinde vocitari. Er-go si utrumque nomen competit in Christum creatoris, tanto utrumque non competit in Christum non creatoris, sicut nec reliquus ordo. Facienda est denique iam hinc inter nos certa ista & iusta præscriptio, & utriusque parti necessaria, qua determinatum sit nihil omnino commune esse debere alterius Dei Christo, cum Christo creatoris. Nam & à vo-bis proinde diversitas defendenda est, sicut à nobis repugnanda est: quia nec vos probare poteritis alterius Dei venisse Christum, nisi eum longè alium demonstraueritis à Christo creatoris: nec nos cum creatoris vendicare, nisi talē eum ostenderimus, qualis con-finituit à creatore.<sup>118</sup> De nominibus iam obduximus. Mihi vendico Christū, mihi defendo Iesum. [119] Reliquum ordinem eius cum scripturis conferamus. Quodcumque illud CAP.XVII. corpusculum sit, quoniam habitum, & quoniam conspectum fuit, si inglorius, si signobilis, si inhonorable, meus erit Christus; talis enim habitu & aspectu annuntiabitur. Adeo rur-sus Esaias: Annūtiamus, inquit, coram ipso velut puerulus, velut radix in terra sicuti, & Iesu. 53.

YY iiiij

## Tertulliani aduersus

810

*Psal. 21.* etiam & non homo, ignominia hominis & nullificamen populi. Neque interiorum quicunque eius, ciuscemodis annuntias. Si enim presentudo in illo spiritus confitit,<sup>111</sup> agnoscit virgam de radice Iesse. flos eius meus erit Christus, in quo requieuit secundum Esaiam spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & vigoris, spiritus agnitionis & pietatis, spiritus timoris Dei, neque enim ulli hominum, diuersitas spiritualium documentorum competebat nisi in Christum, flori quidem ob gratiam spiritus adaequatum, ex stirpe aetem Iesse deputatum per Mariam inde censendum. Expofito autem de propofito, si de ei omnis humilitatis & patientiae & tranquillitatis intentionem, & ex his Esaias erit Christus, Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem: qui tanquam ouis ad victimam adductus est, & tanquam agnus ante tendentem non aperuit os. Qui neque contendit neque clamavit, nec audita est foris vox eius: qui harundinem contulam, id est quassam ludorum fidem non communivit: qui linum ardens, id est momentaneum ardorem gentium non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. Non potest alius esse, quin qui prae dicebatur. Oportet actum eius ad scripturarum regulam recognosci, duplice, misericordior, operatione distinctum, prae dicationis & virtutis. Sed de vtroque titulo sic disponit, ut quoniam<sup>123</sup> ipsum quoque Marcionis Euangelium discuti placuit, de speciebus & criteriis & signorum illuc differamus quasi in rem praesentem: hic autem generaliter pungamus ordinem ceptum, docentes prae dicatorem interim annuntiari Christum per Esaiam,<sup>124</sup> Quis enim, inquit, in vobis qui Deum metuit, exaudiat vocem filii eius,<sup>125</sup> ite maledicatorem. Ipse enim, inquit, imbecillitates nostras ab stultis, & languores portauit.<sup>126</sup> De exitu plane puto diueritatem tentatis inducere, negantes passionem crucis in Christum creatoris prae dicatam, & argumentantes insuper non esse credendum, vt in id genus mortis exposuerit creator filium suum, quod ipse maledixerat: Maledictus, inquit, omissione peperderit in ligno.<sup>127</sup> Sed huius maledictionis sensum differo digna sola prae dicatio crucis, de qua nunc maximè queritur, quia & aliis antecedit rerum probatio ratione. De figuris prius edocebo. Et tunc vel maximè sacramentum istud figurari in prae dictione oportebat, quanto incredibile, tanto magis scandalo futurum, si nude prae dicantur, quantoque magnificum, tanto magis obumbratum, vt difficultas intellectus gratia Dei quereretur.<sup>128</sup> Itaque in primis Isaac quum a patre in hostiam deditus, lignum fibris impetraret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi a patre, & lignum crucis suum bauulantis.<sup>129</sup> Joseph & ipse Christum figuratus, nec hoc solo (ne demonstrum) quod persecutionem a fratribus passus est, & venundatus in Aegyptum ob Dynastiam, sicut & Christus a Iudeis carnaliter fratribus venundatus, a Iuda quum traditus, & benedicitur in haec verba,<sup>130</sup> Tauri decor eius, cornua unicornis cornua eius, in cunctationes ventilabit pariter ad sumnum usque terrae: non vixque rhinoceros destinabatur unicornis, nec minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus vt iudex, aliis mansuetus vt saluator, cuius cornua efficiunt extima. Nam & in antennae nauis, qua crucis pars est, extremitates cornua vocantur: cornis autem media stipitis palus.<sup>131</sup> Hac denique virtute crucis, & hoc more communitate vniuersas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens a terra in celum, & tunc per celum ventilabit, deficiens de celo in terram. Idem erit & alibi taurus apud candem depicturam, quum Iacob in Simeonem & Levi exporrigenis benedictionem,<sup>132</sup> in Scribas & Misericordios (ex illis enim deducitur census istorum) spiritualiter interpretatur:<sup>133</sup> Simeon aliqui perfecerunt iniquitatem, ex sua heresi, qua scilicet Christum sunt perfecuti. In concilio corum ne venerent anima mea, & in stationem eorum ne incubuerint icora meorum, in indignatione sua interfecerunt homines, id est Prophetas, & in concupiscentia facie ciderant neruos tauro, id est Christo, quem post necem Prophetarum interfecerunt, suffigendo neruos eius clavis, deservierunt. Ceterum vanum si post homicidia, alienis bouis illis exprobrat carnificinam.<sup>134</sup> Iam vero Moyses quid vixque tunc tantum quum Iesus aduersus Amalech prae labatur, expansis manibus orabat residens, quando<sup>135</sup> in celum attontis, magis vixque genibus positis, & manibus caedentibus pectus, & facie humeris volvante, orationem commendare debuisset: nisi quia illic ubi nomine Domini Iesus dimicabat, dimicatur quandoque aduersus diabolum, crucis quoque erat habitus necessarius, per quam Iesus vicitoriā esset relaturus.<sup>136</sup> Idem rufus Moyses post interdictum omnium ei similitudinem, cur æreum serpentem ligno impositum, pendens habitu in specie lum Iraeli salutare proposuit eo tempore quo a serpentibus exterminati sunt; nisi quid & hic Dominicæ crucis vim intentabat, qua serpens diabolus publicabatur, & Iudei

TERTULLIANUS  
CUM ANNOTATIONIBUS  
PAMELDI  
A. N.  
16.

Exod. 17.

Num. 21.

A cuique à spiritualibus colubris, intuenti tamen & credenti in eam, sanitas mortuum peccatorum, & salus exinde prædicabatur? [116] Age nunc si legisti penes Dauid, [117] Dominus CAP. XIX. regnauit à ligno, ex pœsto quid intelligas. nisi forte lignarium aliquem regem significari *psal. 95.* Iudæorum, & non Christum, qui exinde à passione ligni superata morte regnauit. [118] Etsi enim mors ab Adam regnauit usque ad Christum, cur Christus non regnasse dicatur à ligno, ex quo crucis ligno mortuus, regnum mortis exclusit? Prinde & Esaias: [119] Quoniam, inquit, puer natus est nobis, & datus est nobis filius. Quid noui, si non de filio Dei dicit? Cuius imperium factum est super humerum ipsius. quis omnino regum insigne potestatis suæ humero prefert, & non aut capite diadema, aut manu sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notam? Sed solus nouus rex nouorum ærorum Christus Iesus, nouæ gloriae & potestatem & sublimitatem suam humero extulit, crucem scilicet, ut secundum superiorum Prophetam exinde Dominus regnaret à ligno. Hoc lignum & Hieremias *psal. 95.* biinsinuat, dicturis prædicans Iudæis, [120] Venite, mittamus lignum in panem eius, *Hierem. 11.* que in corpus. Sic enim Deus in Euangeli quoque vestro reuelauit, [121] panem corpus suum appellans, ut & hinc iam cum intelligas corporis sui figuram pani dedisse, cuius retrò corpus in panem Prophetes figurauit, ipso Domino hoc sacramentum postea interpretatu. Si adhuc quæris Dominicæ crucis prædicationem, satis iam tibi potest facere<sup>142</sup> viginimus primus Psalmus, tota Christa continens passionem, canentis iam tunc gloriam suam: Foderunt, inquit, manus meas & pedes, quæ propriæ atrocitas crucis. Et rursus *psal. 21.* B quum auxilium patris implorat: Saluum, inquit, fac me ex ore leonis, utique mortis, [123] & de cornibus unicorniorum humilitatem, de apicibus scilicet crucis, ut suprà ostendimus. Quam crucem nec ipse Dauid passus est, nec ulla rex Iudæorum, ne putes alterius alii prophetae passionem, quam eius qui solus à populo tam insigniter crucifixus est. Nunc & si omnes istas interpretationes respuerit & irriserit heretica duritia, concedam illi nullam Christi crucem significantiam à creatore: quia nec ex hoc probabit aliud esse qui crucifixus est, nisi forte ostenderit hunc exitum eius à suo Deo prædicatum, ut diversitas passionum, ac per hoc etiam personarum, ex diversitate prædicationum vindicetur. Ceterum nec ipso Christo eius prædicato, nedum cruce ipsius, sufficit in meum Christum solius mortis Prophetia: Ex hoc enim quod non est ædita qualitas mortis, potuit & per crucem eueniisse, tunc alij deputanda, si in alium fuisset prædicatum: nisi si nec mortem volet Christi mei prophetam, quo magis erubescat, si suum quidem Christum mortuum annuntiat, quem negat natum: meum vero mortalem negat, quem na scibilem confitetur. Et mortem autem & sepulturam & resurrectionem Christi mei, una voce Esiae volo ostendere dicentis: [124] Sepultura eius sublata de medio est. Nec sepultus *psal. 57.* enim esset nisi mortuus, nec sepultura eius sublata de medio nisi per resurrectionem. Deinde subiecit: [125] Propterea ipse multis hereditati habebit, & multorum diuidet spolia. *psal. 53.* Quis enim alias nisi qui natus est, ut suprà ostendimus? Pro eo quod tradita est anima eius C in mortem. Ostensa est enim causa gratia huius, pro iniuria scilicet mortis repensandæ. Pariter ostensum est, hæc illum propter mortem consecutum, post mortem utique per resurrectionem confecuturum. [126] Sufficit hucusque de his interim ordinem Christi CAP. XX. decurririsse, quo talis probatus qualiter aninuntiabatur, non alius haberi debeat, quam qui talis annuntiabatur: ut iam ex ista consonantia rerum eius, & scripturarum creatoris, illis etiam restituenda sit fides ex præiudicio maioris partis, quæ ad diuersas sententias vel in dubium deducuntur vel negantur. Amplius nunc superstruimus ea quoque paria ex scripturis creatoris, quæ post Christum futura præcinebantur. Nec enim dispositio expuncta inueniretur, si non ille venisset, post quem habebat eueniire. Aspice vniuersas nationes de voragine erroris humani, exinde emergentes ad Deum creatorem, [127] & ad Deum Christum, & si audes, nega prophetatum. Sed statim tibi in Psalmis promissio patris occurret: Filius meus es tu, ego hodie generavi te. Postula à me, & dabo tibi gentes *psal. 1.* hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Nec poteris magis Dauid filium cum vendicare quam Christum, aut terminos terræ Dauid potius promissos, qui intra vnicam Iudæorum gentem regnauit, quam Christo, [128] qui totum iam orbem Euæ gelij sui fidei cepit. Sic & per Esaiam: [129] Ecce dedit te in dispositionem generis mei in lucem nationum aperire oculos eorum, utique errantium, exoluere de vinculis vincitos, id est de delictis liberare, & de cella carceris, id est mortis, sedentes in tenebris, ignorantes scilicet. Quæ si per Christum eueniunt, non in alium erunt prophetata, quam per quem



I*sai.* 55. eueniunt. Item alibi:<sup>150</sup> Ecce testimonium cum nationibus potius principem & imperantem nationibus. Nationes quae te non sciunt, inuocabunt te, & populi configuerint ad te. Nec enim haec in Dauid interpretaberis, quia praemisit,<sup>151</sup> Et disponam vobis dispositio nem aeternam, religiosa & fidelia Dauid. Atquin hinc magis Christum intelligere debet ex Dauid deputatum carnali genere ob Mariam virginis censem. De hoc enim promisso iuratur in Psalmo ad Dauid:<sup>152</sup> Ex fructu ventris tui collocabo super thronum tuum. Quis iste venter est? Ipsius Dauid: utique non, neque enim paritus esset Dauid. Sed nec vxoris eius, non enim dixisset, ex fructu ventris tui, sed potius ex fructu ventris uxoris tuae. Ipsius ergo dicendo ventrem, superest ut aliquem de genere eius ostenderit, cuius ventus futurus esset fructus caro Christi, quae ex utero Mariae floruit. Ideoque & fructum ventris tantum nominavit, ut propriè ventris, quasi solius ventris, non etiam viri: & ipsum ventrum ad Dauid rededit, ad principem generis, & familiæ patrem: nam quia viro degener non poterat virginis cum ventrem spatri deputauit. Itaque in Christo noua dispositio uenit hodie: haec erit quam tunc creator pollicebatur, religiosa & fidelia Dauid appelaens quae erant Christi, quia Christus ex Dauid: immo ipsa erit caro eius, religiosa & fidelia Dauid, tam sancta religione, & fidelis ex resurrectione. Nam & Nathan Propheta in secundo Basiliarum, professionem ad Dauid facit:<sup>154</sup> Semen tuum quod erit, iniquum ventre tuo. Hoc si in Salomonem simpliciter edifferet, risu mihi incuties. Videbat enim Dauid peperisse Salomonem. An & hic Christus significatur, ex eo ventre semen Dauid, qui esset ex Dauid, id est, Maria? Quia & adem Dei magis Christus aedificatus est, horum scilicet sanctum, in quo potiore templo inhabitaret Dei spiritus, in dictum magis Christus habendus esset quam Salomon filius Dauid. Denique & thomum auum, & regnum in auum, magis Christo competit quam Salomon, temporali rege: fed a Christo misericordia Dei non abscessit, Salomon verò etiam ira Dei absit post luxuriam & idololatriam.<sup>155</sup> Suscitauit enim illi satan, id est hostem, dumcum ergo nihil horum competit in Salomonem, sed in Christum, certa erit ratio interpretationum nostrarum, ipso etiam exitu rerum probante, quas in Christum appetentes: & ita in hoc erunt sancta & fidelia Dauid. Hunc Deus testimonium nationibus posuit, nō Dauid: principem & imperantem nationibus, non Dauid, qui soli Israëlitae uit. Christum hodie iuocant Nationes quae eum non sciebant, & populi ad Chiram hodie configuerint, quem retro ignorabant. Non potest futurum dici, quod videbitur. [156] Sic nec illam iniectionem tuam, potes sistere ad differentiam duorum Chiram, quasi Iudaicus quidem Christus populo soli ex dispersione redigendo definitur cretore: yester vero omni humano generi liberando collatus sit a Deo optimo, quum postmodum priores inueniantur Christiani creatoris quam Marcionis, exinde vocatis omnibus populis in regno eius, ex quo Deus regnauit a ligno,<sup>157</sup> nullo adhuc Cerdone, neque Marcionem. Sed & roubiust de Nationum vocatione, conuertere iam in profelytos. Quis qui de Nationibus transeat ad creatorem, quando & profelyti diuersè & proprie tationis seorsum à Propheta nominentur:<sup>158</sup> Ecce, inquit Esaias, profelyti per me ad te: ostendens ipsos quoque profelytos per Christum accessiuros ad Deum.<sup>159</sup> Nations, quod sumus nos, proinde suam habebant nominationem, sperantes in Christum;<sup>160</sup> Et in nomine, inquit, eius, Nationes sperabunt. Profelyti autem quos in Nationum predicatione substituit, non in Christi nomine sperare solent, sed in Moyi orientali quo institutio illorum est. Ceterum allecito Nationum à nouissimis diebus exorti ad Nudem verbis Esaias,<sup>161</sup> Et erit, inquit, in nouissimis diebus manifestus mons Dominus, que sublimitas Dei, & aedes Dei super summos montes, utique Christus catholicum templum, in quo Deus colitur, constitutum super omnes eminentias virtutum & potestum. Et veniet ad eum vniuersa Nationes, & ibunt multi, & dicent: Venite ascendamur montem Domini, & in adem Dei Iacob, & annuntiabit nobis viam suam, & incedamus in ea. Ex Sion enim exibit lex, & sermo Domini ex Hierusalem. Haec erit via sua nouis Euangelium, & noui sermonis in Christo iam non in Moyse. Et iudicabit inter Nationes, de errore scilicet eorum. Et reuincent populum amplum, ipso forum in primis Iudeorum & profelytorum. Et concident macharas suas in aratra, & fibynas in falso, id animorum nocentium & linguarum infestarum, & omnis malitia atque blasphemia genia, conuertent in studia modestiae & pacis. Et non accipiet gens super gentem marcam, utique discordiae, & non discent amplius bellare, id est inimicitias perficere, hic dicitur

A hic dicas Christum non bellipotentem, sed paciferum reprobissimum. Hæc autem prophetata nega, quum coram videntur, aut adimpta quum leguntur. Aut si non negas vtrumque, in eo erunt adimpta, in quem sunt prophetata. Inspice enim adhuc etiam ipsum introgressum, atque decursum vocationis in Nationes à nouissimis diebus adeuntes ad Deū creatorē, non in proselytos, quorum à primis magis diebus allectio est. Etenim fidem istam Apostoli induxerunt. <sup>CA. xxii.</sup> <sup>164</sup> Habes & Apostolorum opus prædicatum, <sup>165</sup> Quam tempestui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, non bellum nec malum. Respondit & Psalmus: In omnem terram exiuit sonus eorum, <sup>166</sup> & in terminos terræ voces eorum, circumferentium scilicet legem ex Sion profectam, & sermonem Domini ex Hierusalem, ut fieret quod scriptum est. <sup>167</sup> Longè quique à iustitia mea, <sup>168</sup> appropinquauerunt iustitiae meæ & veritati. Quum huic negotio accingerentur Apostoli, <sup>169</sup> renuntiauerunt presbyteris, & archontibus, & sacerdotibus Iudaeorum. <sup>170</sup> An non vel maximè, inquit, ut alterius Dei prædicatores? Atquin ipsius eiusdem, cuius scripturam cùm maxime implebant. Diuertite diuertite, in clamat Esaias, excede illinc, & <sup>171</sup> immundum ne attigeritis, blasphemiam scilicet in Christum. Excede de medio eius, utique synagogæ, <sup>172</sup> separamini qui Domini causam portatis. Iam enim, secundum suæ præscripta, reuelauerat Dominus brachio suo sanctum, id est virtute sua Christum <sup>ibidem.</sup> ram nationibus, ut viderint universæ Nationes & summa terræ salutem, quam erat à Deo. Sic & ab ipso Iudaismo diuertentes, quum legis obligamenta & onera, Euangelica iam libertate mutarent, Psalmum exequabantur, Distumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum eorum: Postea certè quam tumultuata sunt gentes, & populi mediati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in unum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Quæ dehinc passi sunt Apostoli? Omnem, inquis, iniquitatem persecutionum, ab hominibus scilicet creatoris, ut aduersarij eius quem prædicabant. Et qui creator, si aduersarius erat Christi, non modo prædicat hoc passus Apostolos eius, verum & exprobrat? Nam neque prædicaret alterius Dei ordinem, quem ignorabat, ut vultis, neque exprobrasset, quod ipse curasset. <sup>173</sup> Videte quomodo perit iustus, neque quicquam excipit corde, & viri iusti auferuntur, nec quicquam animaduertit. A persona enim iniustitiae sublatus est iustus, quis nisi Christus? <sup>174</sup> Venite, <sup>175</sup> inquit, auferamus iustum, quia inutilis est nobis. Præmittens itaque & subiungens proinde passum etiam Christum, & quæ iustos eius eadem passuros, tam Apostolos, quam & deinceps omnes fideles prophetauit, signatos illi nota scilicet de qua Ezechiel: Dicit <sup>Ezch. 9.</sup> Dominus ad me: <sup>176</sup> Pertransi in medio portæ mediam Hierusalem, & dæ signum Tau in frontibus virorum. <sup>177</sup> Ipsi est enim littera Græcorum Tau, nostra autem T. species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Hierusalem, in qua fratres Christi, filios scilicet Dei, gloriam patri Deo relatueros, Psalmus vi- gesimus primus canit ex persona ipsius Christi ad patrem, Enarrabo nomen tuum fratri- bus meis, <sup>178</sup> in medio Ecclesiæ hymnum tibi dicam. Quod enim in nomine & spiritu ipsius hodie fieri habebat, meritò a se futurum prædicabat: Et paulò infra: A te laus mihi in Ecclesia magna. <sup>179</sup> Et in sexagesimo septimo: In Ecclesiis benedicte Dominum Deum, <sup>180</sup> ut pariter concurreret & Malachiæ Prophetia: Non est voluntas mea, dicit Dominus, & sacrificia vestra non accipiam, quoniam ab ortu solis usque in occasum nomen meum glorificatum est in Nationibus, & in omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum: Gloriæ scilicet ratio, & benedictio, & laus, & hymni. Quæ omnia quum in te quoque deprehendantur, & signaculum frontium, & Ecclesiæ sacramenta, & munditiae sacrificiorum, debes iam erumpere vti dicas, spiritum creatoris tuo Christo prophetasse. <sup>181</sup> Nunc quia cum Iudeis negas venisse Christum eorum, recognosce & exitum ipsorum, quem post Christum relaturi prædicabant ob impietatem que cum & despixerunt & interemerunt. Primum enim ex die qua secundum Esaiam: <sup>182</sup> Proiecit homo aspernamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & noctuis, id est, ex quo genus hominum dilucidata per Christum veritate idola profecit, vide an quod sequitur expunctum sit: <sup>183</sup> Abstulit enim Dominus Sabaoth à Iudea, & ab Hierusalem inter cetera, & Prophetæ, & sapientem archetœcum, spiritum scilicet sanctum, qui ædificat Ecclesiæ, templum scilicet & domum & ciuitatem Dei. Nam exinde apud illos destitit Dei gratia, <sup>184</sup> Et mandatum est <sup>185</sup> Ipsi, ne pluerent imbreui super vineam Sorech, id est coelestibus beneficiis, ne pro-

IAN<sup>o</sup>  
nibus

Match. 27. uenirent domui Israëlis: Fecerat enim spinae, ex quibus Dominum coronauerat, & non D  
 iustitiam, sed clamorem quo in crucem eum extorserat. Et ita subtraetis charismatum  
 Matth. 11. ribus, <sup>182</sup> lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Dehinc quum ex persecutantia furoris, &  
 Ioseph. 52. nomen Domini per ipsos blasphemaretur, sicut scriptum est: Propter vos blasphematur  
 Ioseph. 1. nomen meum in nationibus (Ab illis enim coepit infamia) & tempus medium a Is-  
 berio vsque ad Vespasianum, non penitentiam intellexissent, <sup>183</sup> facta est terra eorum deserta,  
 Ibidem. ciuitates eorum exustæ igni, regionem eorum sub ipsorum conspectu extrahendentes.  
 Psal. 58. derelicta est filia Sion, tanquam specula in vinea, vel in cucumerario casu, ex  
 Ioseph. 50. que scilicet Israël Dominum non cognouit, & populus cum non intellexit, sed deci-  
 quit, & in indignationem prouocauit sanctum Israëlis. Sic & machæra condonatio  
 comminatio: Si nolueritis nec audieritis me, machæra vos comedet; probauit Christus  
 fuisse, quem non audiendo, perierunt. <sup>184</sup> Qui & in Psalmo quinquagimo octavo differ-  
 entiam eis postulat a patre: Disperge eos in virtute tua. Qui & rursus per Eliam in que-  
 stionem eorum perorans: <sup>185</sup> Propter me haec, inquit, facta sunt vobis, in anxietate de-  
 mictis. Satis vanè, si haec non propter eum passi sunt, qui propter se passi promis-  
 rat, sed propter Christum Dei alterius. Atquin Christum, inquam, alterius Dei dixi,  
 " a creatoris virtutibus & potestatibus, vt ab æmulis in crucem actum. Sed ecce deinceps  
 ostenditur a creatore, <sup>186</sup> & dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet subrepti  
 eum affreuerauerant, & locupletes pro morte eius, qui scilicet & a Iuda traditionem insi-  
 merant, & a militibus falsum testimonium cadaveris subrepti. Igitur aut non propter il-  
 lum acciderunt ista Iudeis, sed reuinceris conspirante sensu scripturarum cum crite-  
 rum & ordine temporum: aut si propter illum acciderunt, non potuit creator vicinus  
 suum Christum, remuneratus portius Iudam, si aduerfarium Domini sui perempsit.  
 Certe si nondum venit Christus creatoris, propter quem haec passuri prædicantur  
 venerit ergo, patientur. Et vbi tunc filia Sion derelinquaenda, quæ nulla hodie est, in  
 ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis? Vbi dispergo gentis, quæ iam extomis-  
 statum Iudeæ, quem Christus creatoris inueniat, & alium contente venisse, <sup>187</sup> in  
 verò quale est, vt per ecclum suum admiserit, quem in terra sua esset interemperior, do-  
 nestiōre & gloriōsiōre regni sui regione violata, ipsa aula sua & arce calcata? An horum  
 Exod. 20. affectauit? Planus Deus zelotes, tamen vicit. Erubetce qui vieto Deo credis. Quo-  
 rabis ab eo qui se protegere non valuit? Aut enim per infirmitatem oppressums ciuitatis  
 C. xxviii. figeret. <sup>188</sup> Immò, inquis, spero ab illo (quod & ipsum faciat ad testimoniū dis-  
 sitatis) regnum Dei æternā & celestis possessionis. Ceterū vester Christus primum  
 statum Iudeis pollicetur, ex restitutione terræ, & post decursum vitæ, apud inferos in  
 nu Abrahæ refrigerium. Deum optimum, si reddit placatus, quod & abstulerat eum  
 Deum tuum qui & cedit & sanat, condit mala & facit pacem. O Deum etiam adiu-  
 vsque misericordem. <sup>189</sup> Sed de sinu A B R A H A M suo tempore. <sup>190</sup> Derestitutione F-  
 rō Iudeæ, quam & ipsi Iudei, ita vt describitur, sperant, locorum & regionum novis  
 bus inducti, quomodo allegorica interpretatio in Christum & in Eccleiam, & habent  
 & fructum eius spiritualiter competat, & longum est persequi, & in alio opere dignum  
 quod inscribimus DE SPE FIDELIVM, & in præsenti vel eo otiosum, qua in aliis  
 terrena, sed de coelesti promissione sit questio. Nam & confitemur in terra nobis regnum  
 repromisum, sed ante ecclum, sed alio statu, vt potè post resurrectionem in millesimis  
 in ciuitate diuini operis Hierusalem cœlo delata, quam & Apostolus matrem nostram  
 sursum designat, & πολιτευα nostrum, id est municipatum in cœlis esse pronuntiavit  
 Gal. 4. cui utique coelesti ciuitati eum deputat. <sup>192</sup> Hanc & Ezechiel nouit; & Apostolus Iona-  
 phillipp. 3. nes vidit, & qui apud fidem nostram est noua Prophetæ sermo testatur, ve etiam ei  
 Ezech. 48. giam ciuitatis ante representationem eius conspectui futuram in signum prædictum  
 Apoc. 21. <sup>193</sup> Denique proximè expunctum est Orientali expeditione. Constat enim, ethimologi-  
 que testibus, in Iudea per dies quadraginta matutinis momentis ciuitatem de cœlo  
 pendisse, omni munitionum habitu euangelente de profectu diei, & alias de proxima mili-  
 lam. Hanc dicimus excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis omnium bonorum  
 utique spiritualium copia, in compensationem eorum quæ in seculo vel despeximus vel am-  
 mus à Deo prospectam. Siquidem & iusti & Deo digni, illuc quoque exultare fama-  
 cius, vbi sunt & afflitti in nomine ipsius. Haec ratio regni coelestis. Post cuus mille

TERTULLIANUS  
 Cum Annotatione  
 PAMELDI  
 AN  
 16

A nos, intram quā etatē concluditur sanctōrum resurrectio, pro meritis maturiūs vel tar- *Ibidem.*  
diūs resurgentium, tūc & mundi destructione & iudicij conflagratione commissa, demu- *1. Cor. 15.*  
tati in atomo; in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelā superindumen- *Matth. 22.*  
tum transferemur in cœlestē regnum, de quo nunc sic ideo retrahit̄ur, quasi non præ-  
dicato apud creatorem, ac per hoc alterius Dei Christum probant̄, à quo primo & so-  
lo sit reuelatum. Disce iam hinc illud & prædicatum à creatore, & sine prædicatione  
crederendum apud creatorem. Quid tibi videtur, quum Abrahæ semen post primam pro-  
missionem,<sup>194</sup> quam in multitudinem aenarē repromittitur; ad instar quoque stellarum  
destinatur, nōnē & terrena & cœlestis dispositionis auspicio sunt? Quum Isaac benedi- *Gen. 13.*  
cens Jacob filium suum, Det, ait, tibi Deus de rōe cœli, & de opimitate terræ, nōnē v- *Gen. 15.*  
trūq̄e indulgentia exempla sunt? Denique animaduertenda est hīc etiam structura be-  
nedictionis ipsius. Nam circa Jacob, qui quidem post roris & prælatoris populi figura  
est, id est, nōtri: prima promissio cœlestis est roris: secunda, terrena opimitatis. Nos  
enim primo ad cœlestia inuitamur, quum à seculo auellimur, & ita postea inuenimur e-  
tiam terrena consecutam.<sup>195</sup> Et Euangelium vestrum quoque habet: Quārē primū *Luc. 12.*  
regnum Dei, & hæc adiutentur vobis. Ceterū ad Esau promittit benedictionem ter-  
renam, & subiicit cœlestem: De opimitate terra (dicens) erit inhabitatio tua, & à rōe *Gen. 27.*  
cœli. Iudaorum enim dispositio in Esau priorum natu, & posteriorum affectu filiorum à  
terrenis bonis umbuta per legem, postea ad cœlestia per Euangelium credēdo deducitur.  
<sup>196</sup> Quum vero Jacob somnūt scalas obfirmatas in terra ad cœlum, & angelos alios a-  
seidentes, & aliōs descedentes, innixum desuper Dominum temerē si fortē interpretabantur, scals his iter ad cœlum demónstrari, quā alij perueniant, vnde alij decidunt,  
Dominī constitutum esse iudicium. Cur autem vt euigilauit, & primū loci horrore  
concuſſus est, conuertitur ad interpretationem somni: Quum enim dixisset, quām ter-  
ribilis est locus iste. Non est, inquit, aliud, sed ades Dei, & hæc porta cœli. Christum  
Dominum eum viderat, templum Dei, & portam euhēdem per quem adiut cœlum. Et  
vtrique portam cœli non nominasset, si cœlum non adiut apud creatorem. Sed est & por-  
ta qua recipit, & qua perdicit, strata iam à Christo, de quo Amos:<sup>197</sup> Qui ædificat in *Amos 9.*  
cœlum ascēnum luum, vtrique non sibi soli, sed & suis qui cum illo erunt.<sup>198</sup> Et circum-  
dabis enim illos tibi, inquit, tanquam ornamentum sponsæ. Ita per illum ascensum ad  
cœlestia regna tendentes miratur sp̄ritus dicens:<sup>199</sup> Volant velut qui sunt milii.<sup>200</sup> Vt *Isai. 31.*  
nubes volant, & velut pulli columbarum ad me; scilicet simpliciter vt columbae. Ause- *Isai. 60.*  
remur enim in nubibus obuiam Dominō, secundum Apostolum (illo scilicet filio homi- *1. Thess. 4.*  
nis veniente in nubibus, secundum Danielē) & ita semper cum Domino erimus, eate- *Dan. 7.*  
nus dum & in terra & in cœlo, qui ob utriusque promissionis ingratos, ipsa etiam ele-  
menta testatur:<sup>201</sup> Audi cœlum, & in aures percipe terra. Et ego quidem, etiam nul-  
lū falso, in cœlum invenerim, & in terram non remittere. *1. Cor. 15.*

*C*ecelio, a Deo cœli, sicut & terra: ita crederem Christum sublimiora pollicentem, eius esse qui & humiliora promiserat, qui & experimenta maiorum de paruulis fecerat, qui hoc inauditi si fore regni præconium soli Christo reseruauerat, vt per famulos quidem terrena gloria, cœlestis verò per ipsum Deum annuntiaretur. At tu hinc quoque alium argumentaris Christum, quod regnum nouum annuntiet. Prius est, aliquod exemplum indulgentia proferas, ne meritò dubitem de fide tanta promissionis quam sperandum dicis; immò ante omnia est, vt quem cœlestia prædictas reppromittere, aliquod cœlum probes eius. At nunc vocas ad cœnam, nec domum ostendis: alleges regnum, nec regiam monstras. An quia Christus tuus cœleste regnum reppromittit, non habens cœlum? quomodo & hominem præstitit, non habens carnem? O phantasma omne, o præstigia magna etiam promissionis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN  
LIBRVM III. ADVERSUS MARCIONEM.

## CAP. I.

1. Secundum vestigia pristini erroris, &c.] Cap. hoc inscriptus: Christum, non alterius Dei intelligendum, quam creatoris. *Ac qui fuisse amissum pristinum opus, fraude tunc fratris dehinc Apo-*

*statæ, supra habet in libro primi.*

2. post decursum defensionem unica diuinita-

ris, &c.] Nempe libris duobus praecedentibus.

3. illic scilicet pronuntiadam regulæ inter-  
versionem, vbi posteritas inuenitur, &c.] Studium  
late tractavit. *Auctor supra lib. de Praescript. aduers. her.*  
c. 20. ac sequ. vti supra etiam adnotauimus lib. aduers.  
Marc. cap. I. num. 23. Ad quem locum haud dubie adlu-  
dit, quem hic subdit: *Quod etiam primo libro inten-*

*xit, scuti ad predictum librum de Praescriptionibz hinc*

*adludit illa verbi: Ceterum in præscriptionum*

*compendiis vincit; cui similis locos eodem libro adno-*

*tatis habet cap. 15. nam. 98. Eodem pertinet, quod infra*

*dicit cap. 3. Fidei victoris vetustatis.*

## CAP. II.

4. Hinc denique gradum confero, &c.] Titulum  
huc capiti dedimus: Supradictum est, quid tam subi-  
tò venerit Christus Marcionis, antequam pater de-  
co telfaretur. *Ac qui de Proverbio: gradum conferre,*

*vide nostra Prolegomena; quod placet magis, quam illud*

*vnius cod. MS. Vatic. gradum confero. Lego autem*

*prospero ex utraque Vaticano. hoc enim ordinis fuerat.*

Et est Tertullianum: praecunte suggestu eius.

5. quem numquam mandator designauit, &c.]  
Mandator (inquit Rhenanus) est, qui aliquid agendum  
committit; Mandatarius, qui suscipit. Repetit autem  
mox iterum & tertio: Mandatorem, & rursum cap.

4. Legimus acinde more Tertullianico: Atquin, pm:

Atqui Tertullianica vero sunt: eatonus, quæ, & paratu-

ram (sicut de hoc prostremo etiam adnotauit Rhenanus)

item: substructam.

## CAP. III.

6. Non fuit (inquis) ordo eiusmodi necessa-  
rius, &c.] Inscriptionem huc secimus capiti: Quod so-  
loz signorum virtutes Christum Dei filium non  
probauerint. Sunt autem verba Marcionis usque ad il-  
lud: At ego negabo, &c.

7. exauktorauit.] Hoc est (inquit Rhenanus) au-  
kitoritate desituit, infirmauit; vox certe Tertulliano frequen-  
tissima.

8. Siquidem edicens multos venturos, &c.]  
Paraphrastis estat illud Mat. 24. Multi venient  
Pseudochristi, &c. illi autem: temerariam signo-  
rum & virtutum fidem, vt etiam apud Pseudochris-  
tios facillimam, haud absimile est illud supra lib.  
de Praescriptionibz. aduers. heret. cap. 44. num. 289. Ad-  
iiciant præterea multa de auctoritate cuiusque  
doctoris hereticæ, illos maximè doctrina sua fi-  
dem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles resor-  
massle, future significasse, vti meritò Apostoli cre-  
derentur, quasi nec hoc scriptum sit: venturos  
multos, qui etiam virtutes maximas æderent. Sie  
etiam B. August. lib. 13. contra Faustum, c. 5. Miracula  
non facit, quanquam si faceretis, caueremus, per instru-  
tem nos Dominum, & dicentem: Exsurgent multi, &c. et  
Tract. 14. in Ioannem: Pontius fecerit miraculum, et Do-

natus orauerit, & responderit Deus de celo: prima, ut  
falluntur, aut falluntur; post tremo, fac illos montes transire;

si caritatem non habent, nihil sum; sed quædam habent,

qui diuiserunt unitatem? Ac qui non proprie*signum*

*autem veritatem signorum & virtutum quæ-*

*reticos aliquando fuisse, aut futuram; patet non nullus.*

5. aduers. Marc. c. 16. vbi tractans illud 2. Thess. 1. ac

Quero, cur veniat in omni virtute, &c. ligni, &  
stentis mendacij, sum apertus supra lib. de Anna:

57. vbi ostendit animam Samuelis Propheta i

thonico spiritu nō extractam, ex ei intermixta quidam

in Antichristo sit signa parentis eius adiutori

dens, eundem spiritum & in Pseudo propheticis

in Apostolo facile mentiri. Quod ipsum etiam pri-

prius ibidem his verbis confirmatur: Corpora deum

videbantur Pharaoni & Egypti Magi

virgarum dracones, sed Moysei veritas mendaci

deuorauit; addens: mendacio posse Simonis her-

ticos etiam Prophetarum animas ad infernum no-

uere; ubi vide & Adnotat. in fratre num. 56. 67. 70.

638. Haud dubie in hoc imitatus p. Irenæus lib. 1. cap.

apertus lib. 2. cap. 37. quem etiam locum designo ibi-

bis in Ecclesiastica historia. Valeant ergo quoniam

num aliter interpretantur.

9. quasi locum in balneis, &c. occupantur.

De hoc proverbio vide nostra Prolegomena.

10. hoc fidem cluderet. Vatic. MS. ad. 1. 1. 1. 1.

det: utrumque non male: cluderet enim priuatu-

teribus orationibus, Varreni de Re Rustica cap. 3. 1. 1.

37. Seneca Thebaidos 1. Et ipsi quoque Ciceronis

Natura Deorum.

11. interdum per famulos suos tertio abito,

interdum per Christum suum adiutori debito.

Prior parte adludit ad virtutes per Missionem, fin.

7. & deinceps posterior adludit Ioh. 6. 48. Propterea Domus

super me, & c. sanare contritos corde, perducere mis-

sionem, & cœca visum, id enim se Cicerone

preturat Luc. 4.

## CAP. IV.

12. Deditgnatus opinor est, &c.] Cap. hoc in-

scriptus: Debuisse proinde Christum Marcionem

non ante, sed post Christum Creatoris vero.

Sunt autem Tertullianicae voces: reuincendi, pen-

etare, intercessionem pro obsecru, temporis

decursum neutro genere. Sunt autem leges cum exitu de-

vanus utrobius, sive cum 1. Vatic. MS. ad. 1. 1.

utroque, perinde est.

13. tunc si forte credendum est, Si forte per-

te, sicut etiam hic adnotauit Rhenanus, & omnes

quintissime.

## CAP. V.

14. His præluteris, &c.] Titulum huc capiti

positum: De duabus caulis seu duplice intellectu

eloquij Propheticæ. Non refert autem sive conser-

legi: præluteris, sive cum 2. Vatic. MS. ad. 1.

proluteris; &: cominus, cum illis, aut cum his: communi-

Ac qui de Proverbialibus formulis: præludere de ge-

nu primo, ad certum & communis dimicare, &

aliquas lineas præducere ad quas erit dimicatio.

15. scripturarum formam, & ita dixerim: ut

turam demandare.] Nonne dixit: demandare, praeceps ac si diceres: allegare, ac ex scripturis petere. Id enim non obscurum significat, quoniam subiungit tunc in controversonem deducta, quoniam adhuc bentur ad causas, &c. obtundant lectoris intentionem; & deinceps duas itaque causas prophetici eloquij adlego agnoscendas.

16. Vnam, quā futura interdum pro iam translatis enuntiantur, &c.] Quoniam varia sint huius exempla, in quibus Prophetica diuinatio id quod prospicit qualiam vīlūm atque expunctūm (id est, etiam Rhenanus interpretē, adimpletūm) pronuntiat, unicum adferit I. 50. Factor testimonium: Dorsum meum polui in flagella, &c. de quo vide saprā lib. de Resur. carn. c. 10. n. 151. Est autem adnotatū digna tam rūm varia exposita eius loci, sive de Christo secundum nos, id est Ecclesi interpretationem; sive de Propheta Isaiā secundum Iudeos, quippe qui interpretationibus talibus verbis Prophetarum deprauarunt. Legimus autem secundo loco: uniformē statum temporum, ex I. V. 4. MS. cod.

17. Alia species erit, qua pleraque figurare portenduntur.] Huius plura exempla recenset Autor; èo quod diversa sint: enigmata, allegoriae, & parabolæ, sicut manifestissimum est, quām ut plurib[us] sit opus.

18. Nam & montes legimus distillatores dulcorem, &c.] Sive sic legas cum vulgaris, sive distillatores cum MS. I. Vatic. cod. non refert; vrtrumque enim Columella vestitatum est eodem significatur. Atque quamquam reperiatur istud tum I. 3. tum Am. 9. adnotatum priorem locum ad marginem, ubi legitur: distillabunt mōtes dulcore, & colles fluent lācte. Ad quod etiā responso videtur Autor, quoniam paulop[er] citat illud Exod. 13. ac 13. terram lācte & melle manantem.

19. Sapam de peoris, aut defructum de rupibus, &c.] Sapam (inquit I. 50. de vis. pop. Rom. 1. 1. scitū à Nonio citatur) appellabat quod de misto ad medium partem decolorant, defructum, sive ex diablos partibus ad tertiam redigerant deforuefaciendo.

20. placenta & famias.] Latinus coniecit legendū Plomias, ego malum Plomias; est enim Λόμιος I. 13. quod transferunt interpretes, buccellam intemtam, quoniam Christus inde tradidit, & apud alios, eram tui carnum intemtam buccellam significat. Videtur itaque eius generis liba exigua. Autor intelligere. Nihil tamen immanum purum, quod etiam MS. cod. 2. Vatic. legit Samias; maxime quoniam apud Achēn. lib. 14. Dypnoph. cap. 19. mentis sita placentārum Samiarum quoniam deliciis erant, à Samā caro non opifice, quantum apparet, sita dictarum.

21. aquilicem.] Aquilicem (inquit Rhen.) appellare videtur ab aquis elicendis, quem à legendis aquis aquilegen ali⁹ vocant. Aquilices olim Tuscierant arte quadam & remedii pluvias elicentes, quoniam fruges nimis siccitas tantumnon encaret. Vnde dictum Aquilicium. Aquilegues inueniendram fontiam periti erāt, & aquas ad aquedictū colligebant. Plinius lib. 2. 6. cap. 6. I. 13. (inquit sedat Belchior, que & Tu. lib. 1. 13. dicitur. Deinde eius genera: Sylvestris ubi nascentur, subesse aquicredunt, & hoc habent signum aquilegos. Meminit Aquilegij, quæ scrundarum aquarum ars est, Plinius lib. 31. Sed videntur mibi posteriores istam differentiationem non obseruisse, quando Avar. Arcadius luteconfusa. Digest. de ure immunitatis, lib. 50. Aquilices etiam inter eos refert, quibus grauior conditio vacationem ali-

quam inueniunt tribuit; aquileges, ut arbitror, intelligentes, seractores (inquit) carpentarij, scandalarij, gladiatores, aquilices, tubarij, cornarij, arcuarij, &c. Apparet porro, omnium disciplinarum rerum absolutissima cognitione prædictū fuisse Tertullianum, ex hoc loco & aliis similibus.

22. Ponam flumina in regione sitiēti, &c.] Hac citat ex I. 50. partim cap. 4. partim 43. Nam illud: Ponam flumina in regione sitiēti, reperitur c. 43. ubi ἀσύρπον veris; terram sitiēti, pro eo quod B. Cyp. lib. 2. Tertullianus adu. Iud. c. 4. in iniquofam terram, ac iniquus interpres LXX. in iniquoso. Et ipse Tertullianus, lib. 4. cap. 13. in terra iniquosa. Illud vero: & in solitudine (ubi candens vocem ἀσύρπον veris B. Cypri. Epist. 63. ad Cecil. locum iniquofam) cedrum & buxum. (scilicet enim transponit hec verba secundum editiones omnes) I. 50. 41. Rursum quod sequitur: Benedicent, &c. I. 50. 43.

23. Benedicent me bestiæ agri, &c.] Benedici (inquit Rhenanus) eleganter interpretatur, sancta omnia ab aliquibus, sive saecula omnia ab aliquo referre. Atqui: Filias passerum translatis Astor, prae eo quod ali⁹ struthianum, quia vox ipsa farrutus significat. Verum Sirenes, Græc σειρῆνες, appellans monstruos fabulosas cantatrices, ostendit se agere de Sirenis illis virginibus, quarum notissimam fabulam primus commentus est Homerus Odyss. u. non vero de aliis illis, quarum Plinius meminit lib. 10. cap. 47. quod confirmatur ex eo; quod vox Hebreæ & dracones significet, sicut B. Hieronym. translatis, & fabulos, quam adeo LXX. translatelerunt Sirenes, casque (vix adit Autor) fabulosas.

24. hereticorum Apostolus.] intelligit Apolo- lum Paulum per Marcionem editum ac truncatum, qui canonum interpretetur legem de bubus (sive bobus, vel legit alter Vatic. M. cod.) terentibus, de quo loco vide saprā lib. 2. aduersus Marcionem, cap. 17. num. 109. & de perra potui subministrando comite Christo, i. Cor. 10. in prā lib. 5. aduers. Marc. cap. 7. scilicet etiam de duobus argumenti filiorum Abrahā, Gal. 4. & similiter quod fugerit Ephesio, c. 5. de duabus futuris in unam carnem, id se in Christū & Ecclesiam agnosceret. Atqui lego: docens proinde & Galatas, prae ad Galatas, ex I. Vatic. MS. codice.

## C A P. VI.

25. Si sat is constat de istis, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod Christum ignoratum iri à Iudeis, atque adeo etiam Marcionitis eodem errore locatis, per scripturas præannuntiatum sit. Est autem in hoc imitatus B. Iustini Martyris adu. Tryphonem et Aet. Eusebii vice B. Cyprianus loco infra citato.

26. Iudaica litteratura, &c.] Loqui ad forem recte adnotat Rhenanus de libro veteris instrumenti, quas saprā Tom. 1. Apolog. c. 19. Iudaicum sacramentum nuncupat. Alio certe Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 10. litteraturam interpretatur literatoriam eruditioinem; nec absimiliter alicubi lib. de Anna. Tertullianum vero est illud: retractetur. Atqui sive legis: atque ita coacta est, ut vulgo legitur, sive: atque inde cum Vat. 1. MS. cod. non refert.

27. Rhodia lex.] Notat (inquit Rhenanus) Marcionem, quod nauclerus esset & Barbarus, addidens ad legem Rhodiām de iactu, cuius sit mentio in libro Digest. tituli, & legem Rhodiām de iactu. Ea lex ad nauigatores, & nauarchum ipsum pertinet, iubens eis eis taurum ē nauis mercium damnum, iuxta seruaturū rerum estimationem.

LAM  
nibus

TERTULL  
Cum Annotatione  
PAMELLI  
AN  
J6

818

Adnotat. in lib. III.

- ab unoquoque esse compensandum. Hic proprie de ea re non agit, sed ioci tantum gratia Marcius, qui nauticulam olim fortassis exercuerat, in Barbara Ponti regione natus; non Rhodiam & gem (que nautica quidem est, sed tamen Romana, ac à prudentissimis hominibus lata) verum Ponticam ac Barbaram aliquam legem cauisse scribiterrare iudeos in Christum suum, non licere. Quomodo vero nauticus dicitur? & quod Ponticus Marcius, super vide initio lib. 1. num. 2. Recte etiam adnotat Rhenus: decepuit, accipi p̄fō deceptione. Atqui 1. Vatic. MS. cod. hic legit: cauerit, pro: cauerat, et mox: fuerat, pro: fuerit, sed perinde est.
28. Porro quum & prædicatum sit, non agnitos eos Christum, id eoque etiam perempturos, &c.] Non dubito quin reperire sit eiusmodi scripturas in veteri Testamento, sed ad eas omnes respicit Apostolus 1. Cor. 2. his verbis: Ceterum si sc̄issent, numquam dominum gloria crucifixissent, de quibus latius infra Auctor lib. 5. adu. Marc. cap. 6. supplemento autem ex Vatic. 2. MS. cod. vtiique & ignorabilem.
29. sed reseruatis eis ad causam passionum, &c.] Nempe ad caput sequens, ubi passiones Christi prædictas ostendit. Atqui sicut paulo ante: prædicatum, codem & hīc & alibi significata prædications, pro prædicatis suis, accipit Auctor. Legat autem Letitor: sufficiat cum vulgaris, vel sufficiat cum 1. Vatic. MS. cod.
30. Afferam (inquit) sapientiam sapientium illorum, &c.] Quā hīc addar: illorum, & mox: eorum, patet additum fuisse bis olim apud 70. cūrā, quod hodie desideratur; & tamē lectum olim, & verisimile, quum sic legatur tam à Chaldaico Paraphrase, quam in Hebreo contextu, & etiam priori loco, à Iustino Martyre aduertitur Tryphonem.
31. Et Aure audietis, &c.] Omnia sic distinguedūt, neq; enim. Et, reperitur Isai. 5. Mirum est autem quomodo veritas: & oculis videbitis; quum nō modo apud Isaiā, sed & Mat. 13. & Act. 28. legatur ab omnibus, qui LXX. editionem citant: & videbētes videbitis; nec disserunt Hebreos et Chaldaicae editiones, neque etiam B. Cyp. Teſt. 1. c. 3. ubi locum hīc imitatur hoc typlo: Quod Dominum neque cognitū; neque intellectū; neque receptari essent, nisi fortassis respercerit ad illud Rom. 11. ubi etiam ad hīc locum Isai. adiuncta: Dedit illis Deus spiritum trāspunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non au- diant, quamquam hec ad sequentia referri posit.
32. nequando auribus audiant, & oculis videar, &c.] Elegantiæ gratia, ut magis corresponeat illi: auribus grauter audierunt, & oculos concluferunt, vi- detur istud transpositum Auctor: pro eo quod alij omnes, locis mōc citatis, & Ioan. 12. ipso quoque Cyprianus, ne- quando oculis videat, & auribus audiat. Transtulit au- tem: coniiciant, vocē Grecā quāmōr, pro eo quod alij om- nes intelligent; atque adeo accipi: coniicere, pro cogita- re, seu mente resoluere, iuxta significationem alteram u- cis Grece.
33. labiis diligentes Deum, &c.] Hīc rursum dif- fert Auctor legendō: diligentes Deum, pro eo quod B. August. alibi: colentes, & alij omnes: honorantes; etiam B. Iren. l. 4. c. 25. ac Iustinus Martyr ubi suprā. Fortassis ideo, quia eo quod colimus & honoramus aliquem, dilige- gimus, aut dilectionem simulamus, eadē significatio que- niūs, & honore dignus, & charus transferri solet.
34. secundum Amos Prophetam, &c.] Omnia legendum: Amos. Nam præterquā quod Amos ab Au- torē adscribatur hac Prophētia: Qui solidat tonitruū,
- &c. suprā l. adu. Herm. c. 32. non reperitur si quā finit, quid apud Iohannem, at legitur secundū LXX. Amos 4. & eius titulo citatur etiam ab Ambrosio l. de Sp̄ci sancto, c. 7. B. Basilio contra Eunomium, l. 4. Amos 1. & Fid. vñit. & trimet ac l. Contraries qui dicunt sp̄ci sanctū esse creaturam, Euseb. Demosth. Euag. 4. 22. B. August. l. 18. de Ciuitate Dei, cap. 2. & Cœs. de- diensi, referente Socrate his l. 2. c. 20. & Didymus de sp̄ci sancto. Qui etiam omnes cum Autore loquuntur, eodem modo interpretantur illud: admunitans in humili- nes Christum suum, pro eo quod B. Hieron. com- quiū. Quid contigil se similitudine utram libera- riū, quid illi legenti: Maæcho, LXX. ver Melichior, pl. nouit Leo de Castro in Comment. huīs Propheta, pa- MS. extat apud Reneridū. Dn. Lindemann, gen- densem Episcopum.
35. si omnis spes Iudeorum, nedum dicenti gentium, &c.] Adludere videtur tum illud, l. 14. Exspectatio Israël Salvator, sue: saluam, ostendit LXX. & illud Gen. 29. ipse eris expectatio genitrix sp̄ci non aliud est quām ex sp̄ctationem conspi- ro definitus: lib. 4. Tu sc̄is, quae dies præfigi- tione ab Auctore hic accipitur. Atqui sine figura, l. 1. MS. cod. redescritur, autem delinabatur, dī non refert; verum ex eodem supplemento: & protestatio eorum (id est, Pharisæis, & quid illud: communi- legatur num. 30).
36. secundum quod & alibi: Et qui cœdi- sic recens hunc locum dislinxiunt; sententiam Isai. 42. eodem modo interpretantur B. Iohannem, ubi suprā, Hieron. Theodor. ac Pœpicio in Comme-
37. Nos quidem certi, Christum semper- phetus locutum, &c.] Quod B. Aug. l. adu. Maxim. Arianum adfirmare non auctoritate pronuntiat. Auctor: nō modo locutum semper- phetus Christum, sed & in De nomine & nōm & visum, idque non hīc dumtaxat, sed etiam sp̄ci, adu. Iud. c. 9. n. 114. 115. ac 116. & infra l. 1. cap. Mare, ubi Epif. 2. ad Cor. trahit, ac l. adu. Pœpicio, p̄rum de hoc eis Paradoxo latius interlegamus.
38. Spiritum scilicet creatoris, &c.] Deinde in Auctor, tam aliorum quorundam etiam, eis- Cypriani paradoxo (quod habet etiam supra Tom. 1. log. cap. 21. num. 314. & Tom. 2. lib. de Orat. cap. 2. ac loco mox citato lib. adu. Pœpicio) vide nosri do- mena. Repetitur etiam secundo paulop̄: & sp̄ci (id est) Christum creatoris, et nōfum. Non ergo enim filium & spiritum & substantiam creare esse Christum eius.
39. Spiritus persona eius, Christus Domini] Ita omnino legendum conseruo: pro: Persona fom- stri Christus Dominus. Nam imprimitur nomen re- viare Auctor à LXX. Thren. 4. ubi legitur nō in iuxta Grecos et Latinos codice: Spiritus fuit infor- mulus nostri, sue: ante faciem nostram, Christus domi- minus, sed etiam in secatu citatu verbo in eadem fom- tiam à B. Iren. lib. 3. cap. 11. B. Iust. Mart. Apol. 2. 4. Anton. Pium, & Rufino in Symbolum, & genere ita haud multum dissentit ad. in Hebrews, quā legitur sp̄ci nōfum, & Chaldaea: spiritulum spiritus vita quā in naribus nōfum. Deinde si legit & etiam interpre- tur eundem locum Auctor, nōfum lib. adu. Pœpicio. Nam & scriptura quid dicit: Spiritus persona & Christus Dominus. Ergo si Christus persona & sp̄ci spiritus est; merito sp̄ci, cuius persona

rat, id est, patris eius, faciem suam, ex vnitate scilicet, pronuntiauit. Pro quo etiam facit quod legit infra loco citato, lib. 5. aduers. Marc. cap. 11. & supra quoque l. 2. c. 27. Persona Dei Christus Dominus. Ne qui personam pro vultu seu facie accipi ab Auctore, tum ex his leui patet, cum quod in fratre eodem loco l. 5. aduers. Marc. legat ex psalmis: Significatur efi super nos lumen per-

sonae tuae Domine, pro eo quod vulgatus interpres: vul-

tu ru. Ceterum differt in eo à LXX. quod legit: persona

eius, pro eo quod alii omnes: nostra.

40. Dereliquit Dominum, &c.] Tandem aliquando reprehendi istud haberi Iesu. iuxta LXX. pro eo quod ex Hebreo vertit B. Hieron. Dereliquerunt Dominum, & blasphemaverunt sanctum Israel; idque ex B. Cyprian. tum loco citato, ubi idem argumentum tractat, tum etiam alibi. Huc etiam adludens Tertull. supra lib. adu. Iud. cap. 3. ac 13. legit: & ad indignationem pro- uocatis sanctum Israe, & similiter infra hunc libri libri cap. 22. sine autem logos: qui parrem non agnouerunt, cum Vatic. I. MS. cod. fise cum vulg. ita: agnouerint, perinde est.

41. Id enim intelligi vel nō intelligi capit, &c.] Sape (inquit Rhen.) iam indicamus utrum verbi capit apud hunc Auctorem. Simillimum est illud libro proxime superiori, cap. 9. Capit etiam (inquit) imaginem spiritus dicere flatum. Ne qui quod pro: Christu auersatio, non hic modo, sed etiam aliis Vat. I. MS. cod. legit: aduersari, non displaceat, ob similes nonnullas Auctores phrasent, sed nolui in contextu quicquam immotare, quod alter Vatic. MS. legit: auersari.

42. planum in signis.] Recite ad marginem adnotans Rhenanum, hoc est: impostorem. Simile est illud T. I. Apolog. cap. 21. vti magum astantem de potestate, vbi vide Auct. nostris num. 321. Eadem significatio plinius lib. 35. c. 18. loquitur de Plano Regio, qui Polemos in dolcibus erat. Nam à Graeca vox πλάνος in familiarum Latinam transfusa ea vox, quam adeo etiam de impostoribus quibusdam interpretatur Euysthius Homer interpres in Odyssean.

## C. A. P. VII.

43. Dicit nunc hereticus ex abundantia cum ipso licet Iudeo, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus De duplicitate Christi aduentu à Prophetis demonstrato. Ne qui istud verbis hic reperit que supra lib. adu. Iud. cap. 14. ex quo aliquot hic locos castigantur, & hinc ibi vicissim.

44. rationem quoque errorum eius, à quo ducatum mutuatus, &c.] Mutuatus (inquit Rhen.) ad utrumque Accusatum revertit. De Proverbio vero: cœsus à cœco in eandem deductus foucam, vide nota Prolegomena.

45. Duos dicimus Christi habitus, &c.] Meminit eiusdem rei non modo hic Auctor, sed etiam Apologet. cap. 21. num. 320. Supplenus autem: os suum ex MS. cod. supra, quia & Graec & Latine ab omnibus legitur.

46. nec aspectu quidem honestus, &c.] Similiter etiam: nec pro: ne Homo (inquit Rhen.) pro pulcro, cui supra adnotauimus. Sic accipendum quod infra sequitur: omni inhonestate prostratus, id est: deformitate.

47. Ut positus à patre, &c.] Hic nouum periodum distinxii, quod habeatur alibi, nempe Iesu. 8. saltem iuxta sententiam LXX. quem locum recte interpretatur de

Christo. Nam consentit B. Petrus epist. 1. cap. 2. quum dicit: Creditibus honor, non creditibus lapis offendit & petra scandali. Sicuti & ibi: Minoratus, &c. ac rursum: Verment se pronuntians, &c. quia illud reperitur psal. 8. hoc vero Psalm. 21. Ne qui nona voce: nullificamen ab Auctore transferitur, quod supra: abiectionem.

48. & aderat in conspectu eius, &c.] Adiecumus: &c. ex lib. aduers. Iudeos, quia Græc legitur Daniel. 7. Vbi pro eo quod Græc est dumtaxat: οὐαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀνθρώπων, translatis Auctori: & aderat in conspectu eius, & qui adlutebant, adduxerunt illum, non hic modo, sed etiam supra. Qui legisse etiam videtur dumtaxat: οὐαὶ τῷ ἐδόντῳ ἡρῷ καὶ βασιλέᾳ, quod veritatem regiam, quam ab aliis interferatur etiam: οὐαὶ τῷ id est: & honor.

49. Tempestiuus, &c. decore, &c.] De vocibus Ter- tullianis: Tempestiuus, ac tempestiuitate, vide supra dictum lib. adu. Iud. c. gen. 108. Legunt autem MS. Vat. 2. benedictus te Deus in aeternum, pra: in æcum; sed quia hoc etiam paulo ante legitur, misericordia retinere. Supplemus vero sicuti supra. Ab pedibus eius.

50. Tunc & cognoscunt cum qui compugnerunt eum, &c.] Supra: quem; sed perinde est: obique enim in hoc loco Zachar. 12. citando variat Auctor, sicuti non semel adnotauimus. Supplenus vero sicuti supra: in humilitate conditionis humanae constitutionem, et transponimus: quia &: Natiuitatem eius (inquit Isaías) quis enarrabit? ac: immo & in ipsius nominis sacramento, pro: ipso.

51. & exornatus podere & mitra & cidari mūda, &c.] Reversus est ab Auctore vox Graeca ποτηρίων, quā Latinus LXX. interpres recte vestimenta talarem translatit, quia à talis, sicuti vox illa πότηρις ποτηρίων, deducta est. Deinde addit explicatio cap. 3: & mitra, quia neque Græc, neque Chaldaic, Hebraicē, aut Latine aliud legitur quām: cidari munda. Sunt enim synonyma mitra, cidaris, pra: sacerdotali capitis ornamento.

52. Si enim & duo rura hircorum qui ieiunio offerebantur, &c.] Locum hunc acsumpsit handdubie Auctor ex B. Iustino Martye aduersus Tryphonem. Sic enim ille: Et qui in ieiunio duo hirci pares accipi iubebantur; quorum alter erat emissarius (πότηρις ποτηρίων) maloribusque deputor fiebat; alter autem in oblationem sumebatur, duorum Christi aduentuum designatio erant. Prioris quidem, quum cum veluti emissarium atque erumnus auerterent emiserunt seniores vestri & sacerdotes, manuei inferentes, & morte illum mulcentes. Posterior autem, quum in eodem Hierosolymorum loco, ipsum agnoscitis ignoramus à nobis adfectionem. Ne paulopōf: Etenim, quid ibidem duorum hircorum, qui in ieiunio offerri sunt iubati, oblatione, non alibi quam in Hierusalem fieri permisum est, scitis. Adens autem uterque: in ieiunio, significare videtur illam oblationem duorum hircorum fieri solere mensē septimus decimus die mensis, quo iubebantur adfigere animis suis religione perpetua, cuius eodem capite sit mentio; Nam adfigere animis interpretatur B. Hieronym. lib. 1. aduersus Iouianum, ieiunare. B. Cyrilus in Commentario idipsum significat, vocans festum illud Propitiationem, quod alij Expiationis, quod tertium erat precipuarum solemnitatum, scilicet patet Leuitici 23. ad quas omnes Hierosolymam proficiunt tenebantur. Ne qui supplenus ex sapientia lib. aduersus Iudeos: à quibus & laetus est, & legitimus;

LAN<sub>o</sub>  
nibus

TERTULLIANUS  
Cum Annotatione  
PANTHELI

A. V.  
J. 6.

820

Adnotat.in lib. III.

Vnus quidem, pro: Alter autem, ac: consputatus, pro: cōsputatus. Porro mirum est, ex quo loco (nam Leuitici 16. non habetur) additum sit illud ab Auctore: circumdatu coccino, maledictus, & computatus, & compunctus, & conuulsus à populo; nisi paraphræticō dicatur id potius ad Christum reserre quam ad Hircum emissarium. De Visceratione denique vide suprā cap. vlt. lib. adu. Iud. num. 164. ex quo loco supplementum: id est secundum, qui est, sive: erit) in honore & gloria.

C. A. P. VIII.

53. Desinat nunc hereticus à Iudeo, &c. ] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod si Christus in phantasma, non in vera carne venerit, etiam verè mortuum non esse, neque resurrexisse pro peccatis nostris. Eiusdem argumenti est quod tractauit suprā lib. de Carne Christi, cap. 5. Verè mortuum & crucifixum esse Christum, & proinde verè etiam natum. Aliqui de Puerbo: Aspis à viperā mutuatur venenum, vide nostra Prolegomena. Sive autem legas: mutuare cum Vatic. I. M.S. cod. sive: mutuari, cum aliis, non refert.

54. precoquos & abortiuos. ] Similiter vocatur Vicia super Tom. i. lib. de Pallio, cap. i. Romana precoqua, nisi quod hic adiectum accipitur. Perinde vero est, sive cum Vatic. I. M.S. cod. legas: abortiuos, sive cum reliquo: abortiuos; nam quid differentia abortus et abortus suprā alicubi ex Nonio adnotauimus.

55. incredibile præsumptum Deum carnem. ] Adnotat Rhenanus Grecam esse figuram, & si diceret: Deum secundum carnem; sed etiam constabit sensu, si subintelligatur: Deum carnem factum.

56. Si enim tangendo, &c. ] Tangendo Christus à vitio liberavit, Matth. 8. 9. 17. ac 20. tactus vero ab aliquo, Matth. 8. ac 9. Hos itaque locos ad marginem adnotauimus.

57. tamq[ue] impressus. ] Hoc Aduerbio, inquit Rhenanus, usus est etiam suprā, ut in libro de Carne Christi, cap. 12. Et ut impressus dixerim. Eodem, c. 20. Hoc quidem impressus, quod factum potius dicit, quam natum.

58. & quod resurrexit tercia die, &c. ] Omnipotens locum hunc castigauit e. Vatic. 2. M.S. cod. pro. resurrexit, quod præcedat: mortuus sit, ac sepultus sit.

59. deuenter in terram, &c. ] Reste etiam h[ic]c accepit Rhenanus deuenter eadē significations qua alibi: deuenter, ac: deuenteria, pro: diuenter, ac diuenteri, & diuenteria. Atqui prosus legimus cum Latino: si Christus non resurrexit, pro: si Christus non valebit. Ex 1. Vatic. 2. M.S. cod. item: Atque ita inanis est fides nostra, inanis est & predicatione Apostolorum; nisi malit quis transponere verba, sicut ipse Apostolus 1. Cor. 15. Inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra.

C. A. P. IX.

60. In ista questione, qui putaueris, &c. ] Titulum huic capiti dedimus: Non suffragari Marcioni angelos Creatoris, qui Abraham & Lotu appaserunt, Gen. 18. ac 19. Sunt autem verba Marciona, que ad illud (vbi proinde nonam periodum facimus) Primo, &c. Atque similes loci sunt supra l. de Carne Christi, cap. 3. ac 6. & lib. de Resurr. carn. cap. 62.

61. sed vera & solida substantia humanae, &c. ] De hoc (quod mox repetit, & c. i. iterum) vide Prolegomena nostra inter Tertulliani paradoxas.

62. qui etiam mundum ex nihilo in tota corpora, &c. ] Ita legimus ex utroque Ms. Vatic. id pro: & co quod subiungatur: & quidem verbo, id qui quod mundum ex nihilo adificauerit Deus, & præ late tractatur lib. adu. Hermog. cap. 2. 15. 21. 44. 12. 13. alibi frequentius.

63. unde produce, &c. ] Sic tunc enim, tunc ex Dn. Latinij conjectura supplementum, obvnde, quod duobus tractat legebat, & similiter non multo postea, unde sumptum, maxime quoniam subiungat, & quoniam modo omnino dimissam. Quare non est quod praesumimus cum Rhenano, vnde, pro aliunde, aut privata libertate, uti interpretatur infra lib. 4. cap. 18. illud: quoniam que vnde speraret.

64. Ceterū & aliis hereticis, &c. ] Agit Apelle, qui (sic ut indicatur suprā lib. de Carne Christi, cap. 6.) non modo Christi, sed & angelorum carnem & fidibus factam assertisse videtur. Atque supplementum Vatic. 2. ut nativitatem nostram nativitatem fuisse formaret.

65. Mcōque & ipse cum angelis, &c. ] Id ipsum habemus suprā dicto cap. 6. lib. de Carne Christi, sed ad ipsam Auctoris tractationem ea de re distillatum, intertempore, Supplementum vero iterum ex Vatic. 2. lib. 12. scientis.

66. breuem carnis communatum, &c. ] Id ipsum habemus quidem carnis apparuit, &c. ] Id ipsum habemus suprā dicto cap. 6. lib. de Carne Christi, sed ad ipsam Auctoris tractationem ea de re distillatum, intertempore, Similes phrasē habes alius Authoris libri.

67. & apparitoris suos ignem flagrum. ] Citar hoc ex Psalm. 103. sicuti alicubi suprā dicto Hebr. 1. quando legit: flammam ignis, id quod annuit veterem Psalmorum Latinorum editionem, quoniam tunc ante B. Hieronymi ex Graeco, que est auct. lib. 1. castigationem, quam alii omnes virtutis ignoramus. Grace hodie (quod mirum est) utrumque typos φωτα. Accipit autem iterum apparetus minister, & renuntiemus, pro. demonum.

68. homines in angelos reformati sunt, &c. ] Quo sensu id dixerit. Auctor neque quidem similitudinem angelorum homines reformati, sed suprā que indicat supradicto cap. 62. lib. de Resurr. et Denique (inquit) non dixit: Erunt angeli, ut homines negarunt; sed tamquam angeli, ut homines conseruerent. Non absoluti substantiam, culititudinem adtribuit. Eodem itaque modo etiam intelligi debet, quod suprā eiusdem lib. cap. 26. in regula de reformatiorum & angelicatarum carnem dicit, tunc eodem pertinet, quod non angelorum substantiam hominibus post diem iudicii, sed perfectum (ad eum perfitem) ad angelicas plenitudinem mentem compratum dumtaxat, promittat. Auctor suprā lib. de Resurr. carn. cap. 56. Quare mirari sat nego, quod tunc Carmelita lib. de haret. cap. 36. Tertullianus lib. de haret. tamquam qui non modo males in dominum fecerunt illi, aut patius Tertullianus ad dicit. Arguit nam nisi quare apud illum repurit) sed & annas homines in angelos convertendas tradidit. Maxime prouiam suprā lib. aduer. Vatic. 2. inanis ita loquuntur. Et tamen (inquit) illuc habeo deuenter, vbi plus excessum omnino non nubitur; vbi superindumentum quād despolarit, vbi etiæ despolios, levius in deputor; angelis non angelus, non angel.

C. A. P. X.

69. Igitur non admissus ad cōsortium, &c. ]

*pro hoc inscripsimus*: Quod si caro in Christo negatur tamquam indigna, etiam carnis imago in illo dignanda sit. *Atqui recte hic Rhenanus: Ipse me, inquit, sensu coegerit, ut hic dictio nem vti; veteris in tui, confilium Del tui, que Christum tuum, &c.* Exemplaria vestra confundunt in errore.

70. Itopham administrasset, &c.] Stropha (inquit idem Rhenanus) dolum, versatim, atque imposturam significat. *Grecis γροφη.* Quis etiam addit: Aliquam accepit pro aliquo, & subaudit: rebus.

71. per rubum quoque & ignem, &c.] *Istud reperitur Exod. 3. illud: per nubem, Exod. 19. ac 24. ubi interim etiam in flamma ignis apparet Dominus; denique illud: per globum, id est, turbinem, Job. 38. Quia interim versione, magis significacionem duplensem turbam Auctor, qui etiam globum significat, quam vocis Grace λαλαλέως, qua dum taxat turbinem venti significat. Atque etiam hic: representationibus, pro comparationibus accipit Auctor. Iterum autem (ut etiam adnotat Rhenan.) paratura, pro materia. De Proteriali denique formula: ad certum spectare, via nostra Prælegomena.*

## C. P. XI.

72. *Toras istas præstigias, &c.] Inscriptio nem huic capiti dedimus: Quod etiam vera fuerit in Christo natiuitas; alioqui mendacium Deo, non veritas, tribueretur. Quod ipsam argumentum tractavit supra lib. de Carne Christi, cap. 1.2.3.4.5. &c. 6.*

73. Nam & Philumene illa magis persuasit Apelli, &c.] *De Philumene vide Adnotat. nostras diuersas cap. 6. num. 54. & locis ibidem citatos. De Apelle abdito citavimus Auctor, nostras saprā l. de Precript. ad. haec, cap. 5. 1. her. 19. no. 324. & infra Tom. 4. ad fragmenta libri Auctoris aduersus Apellem, ubi etiam tradidit quomodo dexteror Marcionis p̄fuerit.*

74. & vbera qua haustisti. ] *Vatic. 1. MS. codex: sumptuosa, forte luxuria, quemadmodum noster vulgarius interprets, Lue. II.*

75. Et videbimus de his capitulis suo tempore, &c.] *Sive addit: in, cum 2. MS. Vatic. sine omittatis, perinde est. Adludit autem tum ad lib. de Carne Christi saprā, &c. infra lib. 4. adu. Marcionem, cap. 26. tradidit verba iam citata cap. 11. Luce, tum illud c. 8. Mater & frates eius dicti sunt foris starea. Hoc est enim quid addit: Nunc ve haec omnia distulerim ad Euangelij examinationem. Atqui Tertullianum est: credi habebat, & cap. sequenti: vocari habebit, & cap. 20. habebat evenire.*

76. expungendam, &c.] *Id est (Rhenano etiam interpretate) adimplendam; nam & cap. sequenti similiter dixi: in sensu tonum expungens, ac cap. 13. prophetia renuntiarum expuncta, & rursum cap. 17. expungamus ordinem captum, & cap. 20 nec enim dispositio expuncta inuenientur, ac lib. adu. iud. cap. 11. post quem habebant expungi; item cap. 13. expunctum est. Nos vero periodum sequentem notula interrogatio clausimus; & deinde legimus: Aut si dixeris, viderit opinio humana.*

77. Nam & mulierculae nonnumquam praegnantes sibi videntur, &c.] *Quia experientia nostri temporis istud frequenter contingit, notatu digne cause quis fabiuntur Auctor, quia aut sanguinis tributo (quando etiam alcibi) saprā dixit: totius naturæ tributa) aut aliqua valerudine inflata. Qui plura cupit, consulat Hippocratem ac Galenum Medicorum Principes.*

*Atqui de Proteribio: scenā decurrere, &c.: personam defalcare, videat nostra Prælegomena.*

78. Age iam perora, &c.] *Ad verbum ferè eadem reperit (sicut etiam adnotant Rhenanus) que suprà dicto cap. 4. lib. de Carne Christi, atque adeò confirmatur lectio Rhenani ibidem num. 35. Hancne venerationem, ò Marcion, nature, pro quo hic dicit: sanctissima & veneranda naturæ opera. Legimus autem propositum ex altero Vatic. MS. cod. vi. Deo indigne confirmes, pro: Deo digna, planè alieno Jesu. sed perinde est, siue cum vitroque legas: Si mendacio passus fuit, siue falsus est; & eadem ratio de: efficit, &c.: efficit. Atqui ibi nouam periodum facimus: Si veritas fuit, &c.*

79. *Judiciorum exitus, &c.] Videbatur mihi (inquit idem Rhenanus) aliquando legendum: lubricos, sed ipse respici ad id quod in libro de Carne Christi dicit, & infante recens adito loquens: Blanditiis deridetur. Et maxillum per ludibriam nutritum. Item ibidem infra cap. 5. æque illum & natiuitatis & infantie imaginatio vacua ludibriū subire potuisse.*

## C. P. XII.

80. *Prouoca nunc & soles, &c.] Titulum huic capituli dedimus: Quod eti non sono nominis, significatio tamen Christus Emmanuel fuerit. Quis autem isdem penè verbis more suo hic repetat, que suprà dixit Tom. 1. lib. adu. iud. cap. 9. scit hinc illum locum, etiam illuc hoc caput subinde castigatum, non repetentes quicunque illuc adnotauimus. Atqui sunt verba Marcionis: Primò enim, &c. vñque At ego te admonebo. Et reperitur illud: Christus Emmanuel vocari habebit, I. sa. 7. quod vero sequitur: dehinc virtutem sumere Damasci, &c. I. sa. 8.*

81. *Subiuncta est enim & interpretatio, &c.]* *Ait istud intelligendū de interpretatione nominis Emmanuel, Matth. 1. vbi legitur: Et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscum Deus, sciri saprā adnotauimus; aut, quod magis placet, explicatio gratia à LXX. fuit additum, & parenthesi inclusum, id est: Nobiscum Deus, nam sciri etiam citatur in loco I. sa. 8. B. Iustini Martyris tum Apolog. 2. ad Antoninum, tum libri aduersus Tryphonem. Qui dixit Auctor libri de Trinitate infra Tom. 5. dixit verbo sic citat: Quid? quum Iaias dicit: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nōmē eius Emmanuel, id est: Nobiscum Deus.*

82. *Sensus autem eius, quod est: Deus nobiscum, &c.]* *Eodem modo interpretatur hunc locum aduersus Iudeos (qui, sciri Marconite, idem argumentū contra Christum opponebant) tum Auctor dicti libri de Trinitate, tum Euthymius in Matthaeum, ac Theophilactus, & iis antiquior B. Ioan. Chrysostom. hom. 5. in Matth. cap. 1. ac B. Basilius in S. Christi generationem, tum B. Auguſt. sermone 4. de Natiuit. Domini, & Lactant. lib. 4. cap. 12. quemadmodum latius multo deducit Leo de C. Pro in Iaiam; quibus addo etiam quæst. & respon. 35. inter operam B. Iustini Martyris, ac Epiphani, her. Collyridianorum. Atqui omnino, sciri saprā lib. adu. iud. supplementus: Aut si tam vanus es, vt quia penes te: Nobiscum Deus, dicitur, & contraria paulo pofit, omīsa priori loco voce: Deus, legimus: sicut & omnis gens, quoquo sono dixerit: Nobiscum Deus. Denique parenthesi inclusum verba illa Gal. 3. (Quotquot enim in Christo tincti estis, Christum induistis.)*

## C. P. XIII.

83. *Æquæ & sono nominū duceris, &c.] Caput*

ZZ. iiiij

LAN  
nibus

*hoc inscriptissimus: Quod verba Isaiae, bellatorem fore  
Christum, nisi spiritualiter, non portendant. Istud  
vero caput integrum similiter usdem peni verbis sapientis  
habetur lib. adu. Iud. cap. 9. quare et inde etiam aliquot  
locos, sicuti hinc illuc, castigamus. Imprimis supplentes  
&c, secundum MS. utroque variis codices, mox legimus  
quid scriptura premitat, pro: promittat.*

84. Quoniam priusquam cognoscat puer vocare patrem, &c.] Etiam hic suppletæ est vox: puer, quippe quam habent adiunctiones omnes (Isai. 8.2. Quoniam autem propter quod alij legant: coram Rege Assyriorū, Autem transferat virrobiique, & insuper etiam sub finem huius capituli: aduersus Regem Assyriorum; videatur legisse: ἐναρτίᾳ, pro ἐναρτίᾳ, quod alij Graci codices legendunt; imitatus quantum appetat in hoc B. Ireneum lib. 3. cap. 28.

85. an hominem iam Christum, &c. <sup>[Supra]</sup> vi-  
rum legit <sup>Auctor</sup>; sed nos <sup>[Supra]</sup> alicubi adnotauimus:  
hominem, ab eo, pro viro, non unquam accipi. Cui etiam  
magis <sup>[Supra]</sup> fit: holtem destinare, quam quod ha-  
bet <sup>[Supra]</sup> designare.

86. barbaria gentis.] sic legimus ex utroque MS.  
Vatic. codice, pro : Barbaricæ ; quia illud Authori fre-  
quens est & sic usurpatur etiam suprà lib. i. adi. Marc.  
cap. 2. num. 16.

87. Ad solem vñcti, &c.] Adludit ad Athletarum mortuorum, ad quem tacitè adludit. *Auctor suprà Tom. I. lib. de Pallio, cap. 4.* ubi commemoratur lutea vñctio, ac lib. ad Marryr, cap. 3. quim dicit: qui vos spiritu vñxit; qui ad solem vngui solebant, vii viribus effent valentes.

88. qui antè norint lanceare quām lacinare.]  
Quoniam dicto cap. i. lib. 1. adu. Marc. reperitur verbum lan-  
cinarur, pro: pungitur, videtur prima facie hic ita accipi  
lacinare, sicuti lanceare, pro lanceis configere; sed  
putamus lacinare potius hūc accipi, eo quod pannum  
butyrum stipendiari, pro manus lanicibus ad posuerere  
eligit. Lector quod voleret. Confirmatur interim hac conie-  
cta ex quod sequitur: antè militare quām viuere.  
& talibus vocibus solet Auctor delectari.

89. Sed & virginem, inquit, parere natura nō  
partitur, &c. Ista sunt iterum verba Marcionis, usque  
ad illud: Et tamen creditur Propheticæ, sicuti legit u-  
nus MS. Vatic. cod. quod magis placet, quam Prophete,  
quod vulgo legitur: quod postea sequatur: & tam in-  
telligitur Propheta.

90. quasi non virginem, sed iuuenitam, con-  
cepituram & paritutam scriptura contineat.] Sup-  
pletis est hic ex lib. adu. Iud. vox: scriptura; & legitur à  
nibis me: merito creditur, pr: crederecur, ac: alias  
ordo, pro: alibi. *Aquinat* desumpit. *Auctor* ex B.  
*Iustino Mart.* adu. *Tryphonem*, & B. *Irenae lib. 3. cap. 24.*  
scitum etiam ab *Eusebio* citatur lib. 5. cap. 8. qui Theodo-  
tus *Epheso* & *Aquila Pontico* iudeis profesit hanc  
falsam translatiōnē adscribit. Post hos vero omnes, pul-  
er sic illos redarguit *B. Hieronym. lib. 1. adu. Iouin. Scio*  
*Iudaos* exponere soleat; in *Hebreos*, *Halmi*, non virginem  
sonare, sed adolescentiam, & reuera propriet Bethula  
appellatur: Adolescentia vero vel pueri non *Halmi*  
dicuntur, sed *Naara*. Quid est igitur quod significat *Halmi*? *Aios* videtur virginem, id est, non solum virginem,  
sed cum *Etatis* ratiō virginem; quia non omnis virgo abs-  
condita est, nec ab hominum fortuito separata consuet  
Denique & *Rebecca* in *Genesi*, ob nimam castitatem, &  
Ecclesia typū, quem in sua virginitate signabat, *Halmi*

scribitur, non Bethula, scitum manifestum esse patrem sermonibus queri Abraham, quis loquitur in Misericordia (nempe Gen. 14.) In eo enim loco, in quo ut Propterea egredietur, ut haurias aquam scriptum est: Habet illa est virgo secreta, & nimis parentum diligenter addita. Cui similia repetit etiam idem B. Hieron. Commentarius in Isaiae cap. 7. & Matth. 1. ac in traditione Iohannis. Fewer ardenter vero nofer in dictum locum 2. John. addit et alium tertium lacum scripsit. Exinde pro Maria soror Moysi Halma appellatur, ad quem Leimus remitto, quo videat etiam nunc Iuda: Are in familiaritate eius loci Calvinum, Oecolampadium & Caldenium. Quos tamen etiam impugnabant Origenem in Iustitia & 1. lib. adu. Celsum, & Euseb. lib. 7. deuter. Euseb. cap. 2. ac Epiphanius in Theodosianis, si Leoni explicantur, Comment in Isaiae, vbi latissime ad lata, & Erasmus quoque ipsum eadem de re dispositum.

Erga manum quaque ipsam cum accepisti,  
91. immo redde Euangelio ventiani, qui  
sterior derraxisti, &c.] Adulatio ad prava capi-  
uangelij B. Luce, que Marcion inde detinens  
patet, infra sub testimoniis lib. 4. adu. Mar, aut post  
integrum Euangelium secundum Mattheum appre-  
seguatur: Mancant enim Orientales, &c. ut per  
Prophetia (nempe quam hic tractat, sa. 8.) docen-  
tur, id est demonstratus expuncta, id est comparsa  
lego sicuti supra, & secundum 2. Vnde ad. Mem.  
enim, pro : autem ; item : accepterit infans, pro  
cepit.

92. Orientis virtutem, id est vim & vicem  
& odoribus pollere solitam, &c.) De hoc enim  
Plinum in Naturali historia, quibus pismis de  
orientis, aurum repertur, zhus vero & myrram  
que odores, notu est maximo in Arabia, per  
Auctore supra Tom. I. Apollig. cap. 42. non s. c. 5.  
inquit, Sabæi, pluris & cariosus suas mem-  
phendis Christianis profligari; & aperte  
44.2. grana thuris appellar. Arabice arbos-  
mas; ubi vide Adnotar. nostras ex Plina. Edi-  
tione illud lib. de Cor. milit. cap. 10. nwm. iob. Arabi-  
quid incedo. At quis ex Vatu. I. M. ad gen-  
certè est creatoris, pro: creatori, & fons  
plenus: sicut per Zachariam dicit. Sunt autem  
feci supra: Et Iudas pertinet Hierusalem, for-  
cuti hic: pertinet apud Hierusalem, proinde  
quod hoc magis consenserat aditione bidimicatu-

93. Nam & Magos Reges habuit tere  
&c.c.] Sic etiam hunc iconum appellem et lib. et ill. s.  
Aliquis imprimis, quales Magi fuerint qui ad them  
venerant, nempe Astrologi, tradit. Astur signo  
Ido. ol. cap. 9. addens: scientiam, sed vige allu-  
gelium permisam. Atqui quodcumque Regem  
verisimile fix ex Plini locib[us] ibidem citatis non,  
dicit quod Magia in Oriente Regum Regimen  
perat; cui consentit Cicero lib. 1 de Divinitate. Erat  
constanter etiam adseritur cum Auctore (autem  
chore Cano) citantur loc. Theolog. l. 1. Auctio  
bapt. Christi, inter Opera B. Cyriani, p. 8. Atuan. p. 2.  
Regem Antiochum, B. Hieron. in Psal. 71. B. Angel. p. 2.  
de Mirab. sacra scriptura (quem ipsius esse non dubit  
quod à quadam scio) mutatus fit contextus  
cundum LXX iuxta translationem B. Hieron., quae  
est. hom. 6. in Math. Christ. Druthmannus m. 2.  
Claudian. in Epigrammat. Et alij recitantes per  
quibus adiicit Regem a. s. Dominus Coriolanus  
Episcopos Gandauenfis in Concord. Euang. Tertullian.

in Commentario, addes, tres illos fuisse, ex Leone primo salo  
in Sermonibus de Epiphania. Et etiam id ipsum confirmatur ex illa Psal. 71. supra & hic etiam citato ab Auctore: Reges Arabum & Saba dona, munera afferent illi; sicut etiam hic lego, pro: offerent, quia Grace est:

Eccl. 3. 10.

94. & Damascus Arabiae tertio depurabatur, antequam transcripta esset in Syrophoenicen, &c.] Istud feci alia pleraque, ad verbū desumptū ex B. Iustino Martye aduersus Tryphonem: Ceterum, inquit, quod Damascus Arabia terce fuerit & sit, quām nunc ei que Syrophoenice dicitur, accenētatur, nec vestrū aliqū inficiari possunt. Quibus consentit ex parte Iosias Propheta, quum cap. 7. caput Arabia Damascum vocat. Apud quem Iustinam non modo hi Magi appellantur: ab Arabia venientes, & Arabes, siue Arabici; sed & Roma in Arabia locus recesserunt, cum gratia dixerit Prophetā Hierem. in cap. 31. repetitum Matth. 2. Vox in Roma audita est: quod in Roma, id est, dictis Magis Arabibus auditū sit. In quo etiam hic illi consentit Auctor, & alibi B. Gregorius & Anselmus in Commentario. Et pro iis facit, quid paulo nō diximus num. 92. de hore & myrra, quod postquam in Arabia nascantur, & quām proximo ex Psal. 71. verba adiuvimus. Nec obstat, quod ex Oriente venisse legantur, quia Arabia Fælia ex aduerso Hierusalem sit est, inter Orientem & Meridiem; atque adeo modo Orientalis, modo Meridionalis dici potest; non scis arque Mesopotamia (ex qua alij Magos venisse scribunt, ut posteros Balsam) in Oriente collocata dicitur, que tamen est inter Aquilonem & Orientem. Ceterè eandem sequitur sententiam Epiphanius in Compend. cath. fidei, tradens Magos, hosce ertos ex liberis Ceterū ab Abraham relegatis, qui in regno Magadie Arabiarum partium sibi domicilium constituerint, & iuxta Isaiæ uictoriū, obtulerint Christo virtutem Damacum & spolia Samaria, id est, spolia qua Abraham à Regula predatoriis ex Damasco & Arabia recuperaverat: In hoc diuinxat ad Auctorem differens; quod ad literam Prophetam interpretetur, quem alij Allegorice.

95. Nam & ἀπόρτεις Sodomorum, &c.] Si cuius istud Isaia cap. 1. sic solerit citare illud Psalm. 2. & πόρτεις congregati sunt in unum; Grace malens eloqui, quād ay. transvalerat: Principes; & rursum illud Isaia 3. transtulit: venturum in iudicium Deum cum prebiteris & Archontibus populi: de quo vide supra lib. adiu. Prætran.

96. Pater, inquit, tuus Amorrhæus, & mater tua Chætra, &c.] Istud etiam ex B. Iustino Martye adu. Tryphonem desumptū, ex quo, & Græca editione LXX. legitur: Chætra, pro: Cethra, maximè quam Hebraicam Herb litteram in X. mutare soleans Græci. Repertus autem Ezechiel. 16. vers. 3. Accipitur autem iterum vox: elogio, paulopost, in malam partem.

97. Sic & Ægyptus nonnumquam, &c.] Id quod lib. adiu. Iud. eos adnotauimus num. 105. confirmatur etiam lib. de spectac. cap. 2. his verbis: Quum Ægypto & Æthiopie comminatur, in omnem gentem peccatricem prædicant.

98. Sic & Babylon etiam apud Ioannem nostrum Romanæ verbis figura est, &c.] De hoc aliiquid diximus supra lib. adiu. Iud. eos, num. 106. quibus addi oportet lib. 7. cap. 2. & Comment. Arcie Cœsar, in Apocal. cap. 17. qui diffinis verbis, ibi significari scribunt ve-

terem Romanam, quem illius idolorum immunditius & abominationibus deseruit, & sanguinem Martyrum effundebat. Eodem adiudicat Auctor, dum adiicit: magnæ, & regno superba, & sanctiorum Dei debellatricis. Atque hoc est quod B. Hieron. sub calce l. 2. adiu. Iouin. Romanam sic adiudicatur: Quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione detestit, Calumniavit ergo, qui Babylonem Ecclesiam Romanam à Tertulliano & B. Hieronymo vocari scribunt, quæ de urbe Romana damnata loquuntur, qui etiam uti simpliciorib[us] faciliter imponebant, ad marginem hic adiotauerunt: Roma Babylon; quod expungendum censemus, maxime quā idem B. Hieron. Epist. ad Marcianum, eti[us] Romanam adhuc Babylonem nuncupat, tamen faciebat ibi esse sanctam Ecclesiam; ut recte adnotauit Nicolaus Sandrus Anglus lib. 8. de Vissib[us] Monachis, late hanc materiam tractans. Hoc unum hic adiuvamus: Marcionis heresim, tamquam Babylonem secundam, increpabat Epiphanius bar. 42. cōfut. 13. ex Epist. ad Cor. 1. banditib[us] adiudens ad eundem locum Apocalypsi.

99. Hoc itaque vni, Magos quoque Samaritarum appellatione titulauit, &c.] Eodem modo istud Isaia interpretantur, non modo B. Iustinius, sed etiam B. Augusti, senn. 4. de Theophan. & Epiphanius in Compend. cathol. fidei; nec multam dissentunt B. Chrysost. hom. 2. in Matth. & B. Amb. lib. 3. in cap. 2. Luca. At quod sequitur: Regem Assyriorum Herodem intelligi, peculiare est Auctori & B. Iustini Martiri. Chrysost. diabolum intelligit.

#### CAP. X I U I .

100. Adiuuabitur hec nostra interpretatio, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiā in Psalmis, Christo figuratè armorum vocabula adaptantur. Atque etiam integrum hoc caput supra reperi est lib. adiu. Iudeos, cap. 9. ex quo adeo etiam quedam hic easfigiamus.

101. Accingere (inquit David) ensem, &c.] sic iterum lego feci supra, pro: ense. De vocibus: tempestivus, & tempes̄tivitatem, iterum illuc remittens Lectorem num. 103. sicut supra cap. 7. num. 49. Distinguens etiam feci supra: Sic item subiungens: Et extende, & prosperare, & regna; adiicit: Propter veritatem & lenitatem, &c. deinde suppleris: contraria potius lenitatem & iustitiae.

102. Nam & Iohannes Apostolus in Apocalypsi, &c.] Facit etiam hic locus aduersus eos, qui Ioannem Apostolum negant Auctorem Apocalypsis, verum de hoc latius infra lib. 4. cap. 5. ubi etiam Marcionem in eo errore fuisse tradit; quo sit ut cap. præced. Apocalypsin citans, dixerit: apud Ioannem nostrum, ut ipso quem Marcion non agnouerit.

103. armantem nos aduersus hostes spirituales nequitiae, &c.] Paraphrasiticos transtulit: hostes spirituales, pro eo quod alibi: Spiritalia, Ephes. 6. qui etiam proprius accedit ad vocem Græcan θεωρούσιον: veniens: præcinctem; omissa voce: induentes, quia tam Græcē est; transferens etiam: diaboli, pro τοντηρί, eadem significatio quia alibi: malum, pro: diabolo accipit: & propriæ galeam salutatis, uti Græcē est τὸ τοντηρί, quod legit etiam B. Hieronymus in Commentariu dicit. Epiph. 1. Atque, iuxta phrasim Auctoris, legitimus ex Patr. 2. MS. præparationem Euangelij, pro: præparatione.

104. Hanc & Dominus ipse macharam, &c.] Retinere maluit vocem Græcam μάχαραν, Matth. 10.

LAN<sup>o</sup>  
nibus

quā Latinē transferre gladiū, cāmque etiam secundō  
reperit. suppleo autem & lego ex l. adu. Iudeos: ensem  
sermonis Dei præcīngi, ex vitroque MS. Vatic. cod.  
Et deducet ut, prædeducit. Rursum ex illo (iuxta quid  
adnotati legendum n. 111.) per voluntā vbiq[ue] præ-  
cepta, minantes tradūctionē vniuersitatisque cor-  
dis, compungentes & transfigentes (sicut etiam le-  
gunt MS. 2. Vatic. pro: transfigurantes) conscientiam  
quamque; pro eo quod corrumpit legebatur: peruelantia  
vbiq[ue] præcepta, & mina, & tradūctiones, &c.

CAP. XV.

105. De questione canis, & per eam natiuitatis, &c.] Titulum huic capiti deditus: Quod nomen  
Christi, Marcionis Christo non competit. Adiu-  
dit a se ad illud Matth. 1. Iesu qui vocatur Christus,  
ac 27. bis: qui dicitur Christus. Eodem pertinet illud  
Ivan. 1. ac 3. quia non sum ego Christus, quippe quibus  
verbis indicat B. Iohannes Baptista, peculiarem aliquem  
Christum venturum; & illud Andrea, Ivan. 1. Inve-  
nimus Mēsiām, quod est interpretatum Christus; cui  
similis est Petri confessio: Tu es Christus, Matth. 16. &  
qua habentur Marc. 8. 15. & Luce 2. 3. 4. 9. 22. ac  
23. item illud Samaritanum, Ivan. 4. Mēsiās venit qui di-  
citur Christus; & simila verba sepiissime repetita Ivan.  
7. 9. 10. 11. 12. ac 20. & Act. 2. 9. 17. ac 18. maxime ve-  
ro Act. 4. ubi de Iesu interpretantur illud Psal. 2. & ad-  
uersus Christum eius.

106. Nullus enim status differeniarum, &c.] Simile est illud Nonij: Nomen est proprium vocabulū  
singulorum. Cui similia rursus habet infra lib. sequenti.  
Est autem vox Tertullianica: siquando, pro: quando;  
& particula illa: puto, paulop[er] interiecta.

107. Græca carachresis de alieno aburēdo, &c.] Adiudicat ad illud Quintil. c. 8. de Tropis: κατόχοντος,  
quam recte abusionem dicimus; que non habentibus no-  
men suum, accommodat quod in proximo est.

108. sed vetera & vulgata.] Adiudicat tunc ad no-  
men Christi Regibus omnibus adaptatum in veteri Te-  
stamento, tum ad scilicet vetera & vulgata de ipso  
Christo testimonia, 1. Reg. 1. ac 2. Reg. 23. Psal. 2. 88. ac  
131. Eccles. 4. 7. Iai. 45. iuxta 70. Threnor. 4. Dan. 9. &  
Abac. 3. Ex quibus illud Psal. 2. aduersus Christum e-  
ius, lib. de Resurr. carn. c. 20. & rursum infra lib. 4. adu.  
Marc. cap. 21. de Christo Iesu interpretatur Author, &  
rursum 1. adu. Præceps, et similiter illud Iai. 45. Dicit Do-  
minus meus Christo meo domino, supra l. adu. Ind. cap. 7.  
Item, illud Thren. 4. Spiritus personæ eius, Christus  
dominus, supra hunc lib. c. 6. & locis alius ibidem ad-  
notatus. Denique illud Dan. 3. de Christo duce, latissime  
proficitur supra lib. adu. Ind. toto cap. 8.

109. nouam plagam non adiut veteri vestimento, &c.] Isdem verbis translatis illud Matth. 9. supra I.  
2. l. de Grat. c. 1. ubi, quod Christus probare non videtur, sa-  
elut tamē a Christi insinuat (quod mirū est) in Oratio-  
ne Dominicana. Quibus verbis Καὶ ἀπὸ plagi trans-  
latis, quod infra l. 4. adu. Marc. additamentu, & ver-  
bi βάπτιση modo: recondit; modo: credit, modo: co-  
mittit, sicut vocem Καὶ ἀπὸ adiut, paraprasiticas,  
& infra: immittit proprie. At qui de hoc infra l.  
adu. Marc. c. 11. ubi istud ipsum Luce 5. pertrahat.

110. Si enim Christus vincit et, &c.] Adiudicat  
ad significatiōē nominis Χριστός, quod vincit interpre-  
tatur, tum ad loca uniuersa veteri, & noni Testamenti,  
ubi Mēsiās Christus vocatur, quippe quod vincit signi-  
ficer. Quo pertinet imprimis illud quod dicit supra l. adu.

Iud. c. 8. tractans Prophetiā Dan. 9. & vñctus est Sanctorū, id est, Christus; tum illud de 8. cap.  
cap. 7. Vnde Christus dicitur a Christate; & qui  
habet infra lib. aduers. Præceps: Si tamen nomine  
Christus, & nō appellatio portus, vñctus em-  
gnificatur; ac Christus ab vñctiōni facit q[uod] q[uod]  
li pater Christus est, pater vñctus est, & vñctus est  
alio. Aut si a semetipso, proba. Sed non ita dicere  
Acta Apostolorum (semper c. 4.) in illa exclamatio-  
ne ad Deum: conuenierunt enim vñctiūs in illa  
tate aduersus sanctū filium tuum, quē vñctus erat.  
Sic & Petrus: (Act. 2.) Firmissime itaque cognoscet  
omnis domus Israēl, quod & Dominum te  
Christum, id est, vñctum, fecerit eum Deus, p[ro]pterea  
Iesum quem vos crucifixis; item quod illa res  
accidens esse, quod ab vñctiōni  
venit. Quibus adiutare licet etiam illud Act. 10.  
quod vñxit eum Deus Spiritus sancto & virtus. Deinde  
autem nomine peculiaris, Graec & Latinū sicut  
est loca illa duo supracitata initio hunc capi, long  
4. alioquin, ubiunque 70. transfluerunt Omnia  
veteri Testamēto, Hebreiē Melchias legitim. Ap[osto]lo  
plano, id est, impostore, s[ecundu]s vide Ad. in p[ro]l. s[ecundu]s.

CAP. XVI.

111. Nunc si nomen Christi, &c.] Capitulum  
scripsimus: Quod etiam Iesu nomen, Claudio Ma-  
cionis non competit. In quo rursum repetit p[ro]p[ter]e  
que supra l. adu. Iud. c. 9. & imitator Aliorū non  
adu. Tryphonē. De Prouerbiali vero formula omnia  
furculis captavit, vñctus enim Prolegomena.

112. cur etiam Iesu voluit appellari, &c.] de-  
ludit ad illud Matth. ac Luce 1. Et vocabulum  
Iesum, addit etiam nominis interpretatione Iesu  
uum faciet populum suū à peccatis eius. Hoc non  
dicit infra l. adu. Præceps: Nomen Iesu prouide  
quod ab angelo impositū est, id vñctus est, ad  
ipsum virginē Mariā, deinde & ad Ioseph, hanc  
Tertullianicā: expectabilis pro sperat, et ad hodiernū

113. & Heliam potius interpretatur Christum,  
&c.] Inde in hunc errorem induit, p[ro]p[ter]e Helia  
Prophetā: Ecce ego mittam v[er]bi Heliam Pro-  
phetam, antequam veniat dies Domini maris Ion-  
de die indicij illud, præterquam quod dies fore  
telligit Author supra lib. de Refor. cap. 12. quid  
Nemo adhuc exceptit Helia. Immo & ipse Christus  
Matth. 17 ac Marc. 9. Helias quid inquit, exponit  
quamquam & ipse vñctus illum dicit in vñctiōni.  
Plura de hoc vide apud B. Iustissimum Martynū de  
Tryphonē Iudaeum, ubi latissime illud invenit  
& B. Aug[ustinus]. lib. 20. de Cris. Do. cap. 29.

114. cum patrariis erroris sui ludet, &c.]  
milen phrasin habet supra lib. de Refor. cap. 12.  
tiarios sententia illorum. Acqui de querenti  
tati Iudæi cum Marcionitis, pater supra c. 12. Quoniam  
inquit, heretici dementia cum Christum  
nisi p[ro]p[ter]eretur, qui numquam fuerat admis-  
tus, sequebatur, ut eum Christum nondum videret  
contenderet, qui semper fuit predicatorum  
coacta est cū Iudaico errore sociari. Quoniam  
quam paulo obscurus, iterum repetit cap. 7. & 8.

115. Nā quia Iesus Christus significatur secunda  
&c.] Pulerē explicat, minus eius hi[er]oglyp[hi]cā.  
Martyrem aduers. Tryphonē, in qua Iesu filium, No-  
figura fuerit Iesu Christi; adiudicat ad Ioseph. 4. &  
vbi ille introduxit legitur primū populū fidei

terram promissionis (sive repromiseonis, sicut sive  
pius legitur) melle & lacte manantem, deinde: circumcidisse. Quod ipsum repetitur ab Auctore (ubi hunc  
locum citat) lib. 4. adu. Marc. tractante illud Luc. 4. Quid  
nobis & tibi est Iesu? ubi etiam repetit: Iesu nomen  
Dei esse in filio Nae. In quo illum imitatur B. Au-  
gust. lib. 16. contra Faustum, c. 18. 19. ac 20. & B. Hieron.  
l. adu. Iouin. ac Ruffin. in Symbolo. Immo eadē ferè atque  
idipsum tradit Origenes in Exod. cap. 17. & hom. 1. in  
Isae. Plura vide apud Leonem de Castro aduersus Iudeos  
moderis, in illud Iesi. 7. Et vocabilis nomen eius Emma-  
nuel. Atque supplex & distinguisca iuxta l. adu.  
Iudeos: sed per Iesum, id est, per Euāgeliū gratiam,  
prouenire habebat (en iterum phrasin Auctoris) cir-  
cuncisilis nobis petrina acie, id est, Christi prae-  
ceptis (petra enim Christus) ideo is vir, qui in huius  
sacramenti imagine, &c. Sicut enim MS. Vatic. cod.  
hic castigauimus, pro: imagines. Porro eodem modo in-  
terpretantur dictam Iesu Nae historiam, B. Ambros.  
sermone 4. in Psal. 18. ac ad finem Psal. 40. & B. Au-  
gust. tum locis citatis, tum qu. 103. lib. 2. Super Exodum.

116. Quis enim loquebatur nisi spiritus crea-  
toris, &c. ] De his loquendi formulis, quas frequenter ha-  
bet, vide nostra Prolégomena inter Paradoxa Auctoris.  
Magis propriè habetur pro hoc sapr. Dei filius.

117. Ecce ego mitto angelum meum, &c. ] Ita  
in interpretatione huius loci Exod. 23. primū de Iesu  
Nae, ac allegoricō de Iesu Christo, imitatur Iustinum  
Mart. ubi supradic. Legimus verò phrasim Tertullianicā: ne  
inobaudieritis eū, pro: inobedieritis; sed potius sin-  
gulari numero totum hoc comma legimus, sicuti supra:  
intende illi, & exaudi eum, ne inobaudieris cum;  
maxime quoniam sic legit B. Iustinus Martyr, & editiones  
omnes, Hebraicā, Chaldaicā, Græcā, & Latīna; & pro-  
fusa legendū: non enim cœlauit te sapr. lib. adu. Iud.  
adnotauimus num. 116. Ex eodem castigauimus: Ange-  
lum quidem eum, pro: meum; item paulopōst ex Vat.  
1. MS. adu. sicut nec reliquias ordo. Eī autem vox Ter-  
tullianica: repugnanda actiū, pro: impugnanda.

118. De nominibus iam obdiximus, &c. ] Restat  
accipi hoc Rhenanū, pro: euincimus, & hic, & sapr., ac  
inf. sepius.

## CAP. XVII.

119. Reliquum ordinem eius cum scripturis  
conferamus, &c. ] Inscriptionem huius capiti deademus:  
Scripturis cōfirmari habitum Christi ignobilem.  
In eis autem hic aduersus Marcionem, partiarū (uti pau-  
lo ante dixit) erroris, reperit, quod supra aduersus Iudeos  
dicto cap. 9. ex quo quadam hic castigauimus. Cui similia  
etiam supra adduxit Auctor c. 7. & proinde etiam lib.  
adu. Iudeos cap. vlt. Quare legimus paulopōst, sicut ibi:  
accingitur ensim, pro: cōfite.

120. Quemadmodum expauescent multi su-  
per te, &c. ] Lucum hunc tandem reperi Iesi. 52. iuxta  
lxx. seu patris secundum veteres Patres 53. qui illud in-  
cipiunt eo loco: Ecce intelliget, &c. Imitatur verò etiam in  
huc B. Iustinum Martym Apolog. 2. quid locum illum,  
de conuictis Christo factis in passione intelligat. Græcē  
est, Καθορται, quid magis proprie veritatis ab alii:  
obstupescit, quam ab Auctore: expauescent; &  
veria vox est ἀδόξιον, pro eo quod hic est: sine glo-  
ria erit.

121. habitu incorporabili, &c. ] Sive sic legis cū  
excusis, voce antiqua, & fortassis Tertullianica, sive: in-  
corporalicum 1. MS. Vatic. cod. perinde est. Nam supra

lib. de Carne Christi, cap. 21. tradit Auctor: incorpo-  
rale nihil esse, nisi quod non est. Quod quamquam ad  
Paradoxa eius pertinet, tamen ad intellectum facit huius  
loci, quum dicit apud eundem Prophetam (nempe  
Dan. 13. 20.) habitu incorporabili dici Christū,  
et quod apud illum appelletur: vermis & non homo,  
ignominia hominis (hoc enim iterum addo, scuti su-  
prā cap. 7. & lib. adu. Iud. cap. vlt.) & nullificament  
populi.

122. agnosco virginem de radice Iesse, &c. ] Tra-  
dit eundem locum ad idem institutum supradic.  
Auctor lib. adu. Iud. num. 119. & insuper lib. de Carne Christi,  
cap. 21. Ex quo in priori loco castigauimus: censendum  
(nempe Christum) pro: censendam. Vbi etiam vide Ad-  
notas, nosfīa num. 119. de loco illo Iesi. 52. Qui neque  
contendit neque clamauit, &c. Vnde etiam supple-  
mus: non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu  
luminis sui.

123. ipsum quoque Marcionis Euangelium dis-  
cuti placuit, &c. ] Non refert, sive cum Rhenano legas:  
discuti, sive: excuti cum utroque MS. Vatic. cod. Ad-  
ludit autem rursus ad lib. 4. aduersus Auctor, ubi de  
prædicatione & virtutibus Christi agit. Atqui vari-  
os locos Tertulliani, ubi voce expungi vitur, videre est  
supradic. lib. aduers. Iud. num. 121. & hoc ipsa lib. cap. 11.  
num. 76.

124. Quis enim, inquit, in yobis qui Deum  
meruit? exaudiat vocem filij eius. ] Ita hunc locum  
Iesi. 50. citat & interpretatur B. Cyrilus Comment. in  
Isaiah; ex quo etiam suppletur prior huius scripture pars,  
qua in exemplari, quo vñs est B. Hieron. non repetebatur,  
& tamen genuinam esse constat, ut potè non hic modo ci-  
tata, sed etiam infra lib. sequ. 4. adu. Marc. cap. 22. secun-  
dum quem locum emendauimus exaudiat pro: & exaudi-  
et, maximè quam Græcē, ne Coniunctione habeatur  
inter & octo. Quod autē (inquit Leo de Castro in Isaia)  
pro serje, quod Hebraea lectio prefert, Tertullianus vertit:  
filium, inde factum est quod LXX. reddant nr. 105. &  
hac vox nr. 15. utrumque significet; qua vox usi ferè re-  
riuntur LXX. quoties de Christo agitur; quantum appetit,  
ut utrumque significaretur, & seruum fuisse secundum  
humanam naturam, & Dei filium. Quod videtur etiam  
monisse Tertullianum, cur Deum legere utrobique ma-  
luerit quām Dominum; quamquam interim Vatic. 1.  
MS. hoc legat; Hebraicē certè est hic nomen tetragram-  
maton.

125. Item medicatorem, &c. ] Quem hic medi-  
catorem, infra lib. 4. adu. Marc. cap. 35. remediatō-  
rem languorum vocat, cūdem hunc locum Iesi. 53.  
citans.

## CAP. XVIII.

126. De exitu planè, &c. ] Capiti huius titulum  
impositissimus: Quod etiam exitus & passio crucis in  
Christum prædicta sit, scripturis Pentateuchi. Vbi  
etiam repetit Auctor, quod supradic. profectus fuit l. adu.  
Iud. cap. 10. Utrobique autem non sensu exitus pro morte  
accipitur, sciat etiam alibi frequenter. Atqui etiam hic  
imitatur Auctor, allegatis penè istud verbis ac scriptu-  
ris, B. Iustinum Martym adu. Tiphonem Iudaum, qui  
idipsum argumentum proponebat, cuius hic fit mentio, de  
loco illo Deuter. 21. Maledictus omnis qui peper-  
derit in ligno. & quo latissimum hac obiectio soluitur, &  
præter locos scriptura hinc citatos, tamquam figura crucis  
Christi addiscuntur: Lignum vite in paradiſo, Gen. 3.  
Virga Moysi, qua ad liberationem populi missa mare dif-

LANO  
nibus

secuit, & è petra aquam profixit, Exod. 14. ac 17. Lignum in Mara, quod aquas dulces reddidit, Exod. 15. Virgo in aquas misse à Iacob, Gen. 30. Virga eiusdem qua flumen transire, Gen. 32. Et scala quam à se vixit dicit, cui innixus fuerat Deus, Gen. 26. Virga Aaro, Num. 17. Et lignum quod plantatum legitur iuxta exitus aquarum, Psal. 1. Lignum quod Eliz. eis in aquam proiecit, 4. Reg. 6. Virga denique que Iudam patrem esse demonstravit filiorum Thamar, Gen. 38.

127. Sed huius maledictionis sensum differo, & inuenio iſud Deuter. 21. tractatum ab Auctore hinc; inservias, dignam fuisse maledictionem hanc, quam Christus subiret ex predicatione crucis; quam iterum hic late per figuram veteris testamenti prosequitur.

128. Itaque imprimis Isaac, &c.] similiter Christi lignum fuisse Isaac, quando à patre immolandus interfuerat, tradit B. Cypr. lib. de Bono patientie, & Isidorus ac Hrabanus in Comment.

129. Ioseph & ipse Christum figuratus, &c.] Figuram Grecam hinc adnotat Rhenanus. De Ioseph vero idipsum etiam habet B. August. Serm. 86. de tempore, & Hrabanus in Comment. Atqui supplemus ex lib. adu. Iud. cap. 10. quodd persecutionem à fratribus passus est, & venatus est in Egyptum ob Dei gratiam, sicut & Christus à Iudeis carnaliter fratibus vendicatus, à Iuda quam traditur. Nam & benedicitur in tñc verba. Vbi cur omissemus illud à patre, vide Adnot. nostris num. 128.

130. Tauri decor eius, cornua vnicognitis, &c.] Iſud ipsum de Ioseph à Moysi prolatus Deuter. 33. non modo iustinius Martyr (ex quo fecit ad verbum haec desumpta Auctor) sed etiam B. August. quæst. in Deuter. cap. 56. & Hrabanus in Comment. de Christo interpretantur. De Vnicorni autem vide vbi supra, Adnot. nostris, num. 129. & de M. otauro bicorni, num. 130. Legimus autem hic: crucis extima, ex 1. MS. Vatic. cod. Item supplemus scitum supra legitur: Nā & in armenia nauis, quæ crucis pars est, & vnicornis autē media stipitis palus. Adnotat Rhenanus figuram Graecā hīc esse, tamquam si dicatur: vnicornis, scđrum media, id qđ, medium stipitis partem, palus.

131. Hac denique virtute crucis, &c.] De crucis religione etiam atate Auctoris visitata, supra latè tractauimus Tom. I. Apolog. cap. 16. num. 38. vbi crucis religiosos Christianos tacite fatetur, & similia crucis trophaea, labara, aliisque apud Gentes visitata in medium adserit; quo sit, ut imagines crucis, immo & Christi cruci adfixi, non tunc modo, sed & ab Apostolorum atate veneracioni fuisse, ibidem cōprobauerimus; allegatis ibidem inter clera tunc locis (que hīc Auctor imitatur) ex lib. adu. Tryphonem, & Apolbg. 2. quod hic monuisse sufficiat, ut Lectorem illuc remittamus. Atqui est Tertullianica phrasē (ex illis enim deducitur census istorum.) Supplemus autem & legimus, scitum supra: in Simeone & Leui exporrigēs benedictionem, in Scribas, &c. & Leui exporrigēs benedictionem, in Scribas, &c.

132. Simeon & Leui, &c.] De hac scriptura Gen. 49. vide supra lib. adu. Iud. num. 132. Adiudicaut autem ad Auctorem & alias veteres, Hrabanus noster in Comment. his verbis: Quidam hoc quod in LXX. legitur: In fure ore suo (pro quo Auctor in indignatione sua) interficerunt homines, & in desiderio (sive concupiscentia sua, uti hic & supra) subneruauerunt taumum (pro quo hic: ceciderunt neruos tauro) prophetice, homines imperfectos Apostolos, & subneruatum

taumum Christum interpretantur. Supplemus autem & distinguimus veluti supra: quem post necem Prophetarum interficerunt, & suffragando nec eius clavis, desauierunt. Quomodo si legamus, quae est dicere cum Rhenano: hic esse synecdochen.

133. Iam vero Moyses quid virque, &c. ita etiam imitatur B. Iustini Martirem adu. Tryphonem, & veriusque B. Cypriani Testim. lib. 2. adu. Idem, causis in scriptio est: Quod in passione & cruce humanæ omnis sit & potest; & Hrabanus in Comment. Exod. 17. Legimus autem orabat pro oratione amuleto cum 1. Vatic. MS. cod.

